I *trans.:* A *sensu corpor.:* 1 *strictius:* a *de flatu vel anhelitu i. q. flando petere, aspirare – anblasen, anhauchen:* EPIST. var. II suppl. 7 p. 627,18 unam, cum sint diversae *organi* fistulae, armoniam . . . -ando *follibus* . . . reddunt. EPIST. Teg. I 4 ex omni parte nive -ti. HILDEG. fragm. 425 ventus orientalis ad defectum eam *(lunam)* -at. phys. 7,39 cum mus parere debet, . . . lapillos . . . -at. 8,12 creaturam illam *basiliscus* necat, quam -at. *c. sensu promovendi:* PASS. Ursulae 12 vis ventorum . . . virginum -verat naves. *in imag. et per compar.:* THIETM. (?) chron. 5,17 finis venit luctus tui, quia salutaris auster amicam temperiem tibi -vit. EPIST. Meginh. 5 p. 197,9 cum . . . nuntii velut aura eos -asset. b *de calore, odore i. q. perfundere – durch-, überströmen:* ALCUIN. carm. 3,30,10 igneus . . . calor venas -vit apertas *paralyticae*. TRANSL. Patrocl. p. 281a -ti sunt omnes *miro odore*. EGBERT. fec. rat. 1,414 solaris nimium calor -at inertia corda. c *de fulmine i. q. ustulare – versengen:* REIN. LEOD. fulm. (MGScript. XX p. 612,35) ut ne cortinas quidem modicum -verit *fulmen*. 2 *latius:* a *alloqui – ansprechen:* HEIRIC. Germ. I 3,143 gratis . . . hominem sermonibus -at. b *impetere – angreifen:* CARM. Aldh. 3,33 -ant *hostes* necantes imbribus telorum. c *(sufflando) ingerere – einblasen:* HILDEG. Rup. auct. p. 491,13 deceptor . . . mortem ipsius *(hominis)* -at (*postea:* mortem per sufflatum diaboli recipit). B *sensu spirit.:* 1 *animare, inspirare – beseelen, begeistern:* ALDH. virg. I 3 p. 231,4 *homo interior* caelesti -tus spiraculo. EPIST. var. III 16 divino -tus spiritu (RIMB. Anscar. 34 p. 65,30 quasi prophetico -tus sp. REGINO chron. a. 866 p. 90,1 papa sp. sancto -tus. OTTO FRISING. gest. 1 prol. p. 10,1 dum . . . spiritus . . . Dei ad sumenda contra gentes . . . arma totam pene Hesperiam -asset). GODESC. SAXO conf. p. 73,21 fidem catholicam gratis a te pieque -tus, animatus, armatus . . . defendo. VITA Liutb. 10 animi constantiam . . . roboratam ac superno caelitus -tam numine. DIPL. Arnulfi 85 divino -ti instinctu. BRUNO QUERF. Adalb. A 19 quem desiderium aeternorum -vit. CAES. HEIST. mirac. II 2,16 p. 96,9 episcopus divinitus -tus. *al.* 2 *afficere – erfüllen:* HARIULF. Arnulf. 1,2 maiori leticia -ta est *matrona*. 3 *illicere – verführen:* HILDEG. scivias p. 561C.D diabolus . . . voluptatibus eos -at, ita quod eos ad libidinem . . . accendit; quos autem laedere non potest, hos . . . veneno illo . . . ardenter -at.

II *intrans. i. q. spirare – atmen:* CARM. Cent. 31,6 cantica, donec aflat, Davidica psallere.

subst. **afflatum**, -i *n.* *anima – Leben (shauch):* WANDALB. creat. mund. 48 sensu corpora nullo -ove moventur. *v. et* afflatus. *Humperdinck*

***affluctuo**, -are. *fluctibus agitari – auf den Wellen treiben:* UDALSC. Adalb. p. 4,22 -antis, immo periclitantis ipsius *(navis ecclesiae)*.

affluentia (-cia), -ae *f.* *script.* afl-: GLOSS. I 34,7 St.-S. *plur.: l. 71.*

I *proprie:* A *actio affluendi, fluxus (copiosus) – (reichlicher) Zufluß, Zustrom:* ALBERT. M. veget. 3,47 status augmenti, ad quem etiam exigitur humoris -a. B *actio effundendi, profluvium – das Hervorströmen, Verströmen:* IOH. NEAP. Sever. 19 letali -a desperatus (*antea:* profluxione cruor . . . manabat). CHART. Pruss. I 107 p. 82,39 lacrimarum.

II *translate:* A *abundantia, ubertas, copia – Überfluß, Reichtum, Fülle:* 1 *gener.:* *c. gen.:* ALDH. virg. I 38 p. 289,21 diliciarum -as gerulis . . . gestantibus. EINH. (?) Marc. et Petr. II 105,1 cum inmensa lucis -a (ac fluentia

[Payr]

var. l.). THANGM. Bernw. 36 p. 774,35 omnium bonorum. DIPL. Heinr. III. 176 regalium . . . facultatum. CHART. Eberb. 339 p. 104,7 (epist. papae) prosperitatis. CHART. Turic. 1654 p. 10,10 (dipl. Rud. regis) ex -cia . . . gracie plenioris concedimus. *al.* ad: BERTH. ZWIF. chron. 43 habuerunt magnam -am ad victum et vestitum. *absol.:* RUOTG. Brun. 11 in regali -a parcus. **2** *theol.: c. gen.:* HONOR. AUGUST. spec. p. 831C -a spiritus sancti in eo *(Stephano)* loquens. CHART. Friburg. 222 spiritalium -ciam gaudiorum. *absol.:* LIBER diurn. 77 p. 83,3 celestis -ae munere. ALBERT. M. summ. creat. I 4,62,7 p. 660b,28 flumina significant divinos promotus copiosam ipsis *(angelis)* et non deficientem -am *(ex Ps. Dion. PG 3,365B* ἐπιρροήν) donantes *eqs.* **B** *liberalitas – Freigebigkeit:* HUGO FLOR. hist. p. 353,37sq. -am vobis deseruit *rex;* -am enim eius et morum elegantiam . . . possidetis.

***affluito,** -are. *circumfluere – Überfluß haben:* CARM. ad Hadw. (cod. Vat. reg. 421 f. 8v) talibus *(spoliis)* -ans ac sufficienter habundans *ecclesia.*

affluo (adf-), -fluxi, -ere. *script.:* adf-: *l. 23.30.* afl-: *l. 51.* **I** *proprie:* **A** *strictius:* **1** *fluendo accedere, profluere, infundi – heran-, hervorströmen, hinfließen:* BEDA temp. rat. 29,29 mare . . . adfluit simul et remeat *(cf. Plin. nat. 2,212).* LEO MARS. chron. 1,35 p. 604,41 in fluvium, qui secus -it (effluit *var. l.*). ALBERT. M. animal. 1,618 per quas *(vias)* -it urina in vesicam. 6,107 incipit -ere sperma. **2** *c. abl. i. q. manare – triefen von:* FLOD. hist. 4,47 p. 596,9 plagae . . . recenti -xere sanguine. CHRON. Pol. 2,16 p. 80,22 puer . . . metuebat totusque sudore . . . -bat. BERNH. GEIST. palp. 1,383 adflue sudore statim dapis huius amore. **B** *latius i. q. accurrere – herbei-, hinzuströmen:* WALAHFR. Wett. 223 turba . . . -xit. NITH. hist. 2,9 p. 23,20 ad illum -ere undique. p. 23,33 dubiis . . . -endi audaciam iniecit.

II *in imag. et translate:* **A** *intrans.:* **1** *abundanter obvenire, abundare – im Überfluß zukommen, überströmen:* EPIST. Meginh. 14 p. 207,2 exuberans ipsum *(amandi tui studium)* se ipso robustius sibi ipsi in se ipso succedit et -it. GERHOH. tract. p. 197,6 huiusmodi felicitas . . . -et Antichristo et ministris eius *eqs.* **2** *plenum, divitem esse – Überfluß haben, reich sein:* PASS. Petri et Pauli 268 quorum *(Petri et Pauli)* tu *(sc. Roma)* munere . . . vernas, flores, -is atque cluis. ANNALISTA Saxo a. 1135 p. 770,13 inperium pace -bat. *al.* **3** *praeterire, effluere – verfließen, vergehen:* TRANSL. Bened. 2 (MGScript. XV p. 480,47) multis -entibus annorum curriculis. **B** *?trans. (nisi casuum subest permixtio) i. q. effundere – (in Fülle) ausgießen, spenden:* AETHICUS ISTER 108 p. 80,32 Arabia . . . ea bona . . . maxima -ens atque succrescens *(fort. huc spectat etiam* 67 p. 48,29 in plerisque . . . locis auro . . . et gemmas . . . -unt *terrae; sed cf. Solin. 15,22).* CYPR. COND. carm. app. 3,1,3 (MGPoet. III p. 148) caritatem afluat *sanctus.*

adi. **affluens,** -entis. **1** *abundans, copiosus, largus – reich, im Überfluß vorhanden:* VITAE patr. Iur. 3,10 -issima signorum largitate. OTTO FRISING. chron. 3,35 p. 171,25 eximiae sapientiae ac -issimae (fluentissime *var. l.*) eloquentiae. THEOD. TUIT. registr. p. 278,15 prandium -s. ACTA imp. Winkelm. I 917 p. 690,17 *pecuniae* -em et celerem missionem. CHART. Traiect. 1264 de -iore . . . gratia nostra. *al.* **2** *abundanter instructus, exuberans – reich ausgestattet, überreich:* WIDUK. gest. 1,34 p. 46,26 cubiculo omnibus deliciis -i. STATUT. ord. Teut. p. 25,32 sunt . . . caritatis beneficiis -es hospitum . . . receptores.

adv. **affluenter.** *abundanter, copiose, large – in reicher Fülle, in großer Menge, reichlich:* BEDA hist. eccl. 1,15 p. 32,10 annonas . . . -ius ministrare. CHART. archiep. Magd. 61 p. 84,40 castra, villas, predia . . . -r ex proprio concessit. HROTSV. Sap. 4,3 vos materno lacte -r alui. EPIST. Hann. 105 p. 176,31 caritatis verba, quę in vobis et ex vobis -issime redundant. *al.*

***affluxus,** -us *m.* **1** *de mari i. q. accessus – Flut:* ALBERT. M. animal. 4,38 in -u maris aperitur *ostreum.* **2** *de corporis humoribus i. q. profluvium – das Hervorströmen, Fluß:* ALBERT. M. animal. 7,113 cum . . . finditur *ampulla,* nimius fit -us humorum. 10,43 *additio in ore matricis* impedit . . . -um spermatis mulieris.

affodillus *v.* asphodelos.

***affolatio,** -onis *f.* (ad *et* *fullare; *francog. vet.* afoler, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 847sq.*) *mutilatio – Verletzung, Verkrüppelung:* GISLEB. MONT. chron. app. p. 343,23 si quis ministrorum per senectutem nimiam vel per -em corporis in paupertatem inciderit.

affor, -fatus sum, -ari. *pass.: l. 25sq.*

1 *strictius i. q. alloqui, colloqui – ansprechen, sprechen zu:* WILLIB. Bonif. 5 p. 23,5 populi principes verbis spiritalibus -tus est. CHART. Ital. Ficker 4 p. 6,20 qui nos -tus est et dixit. HROTSV. Mar. 90 dictis -atur amaris. BURCH. WORM. ieiun. p. 120,15 quando rubo flagranti -tus sic respondit *Moyses.* WIPO gest. 28 p. 46,17 se invicem videre et -ari. PAUL. FULD. Erh. 1,5 p. 13,4 vale dicens fratri sanctisque -tus adhortationibus. HIST. Welf. 2 ridiculose eum taliter -atur: pro guelfo *eqs. al. de allocutione epistolari:* CHART. archiep. Magd. 134 p. 191,39 (a. 1012/14) dulce habemus vestram diutius clementiam -ari. *c. dat. i. q. suadere – zureden:* RADBERT. Arsen. 2,8 p. 69,4 beluę factiosissimę . . . -tus est fideliter. **2** *latius i. q. effari, dicere, referre, afferre – verkünden, sagen, berichten, anführen:* LIBER diurn. 101 p. 135,4 ut superius -tum est (*cf.* TRAD. Frising. 228 omnia iam antea -ta). COD. Karol. 43 p. 558,2 de singulis, quae nobis -ti sunt *missi.* CARM. de Quint. 22 viros . . ., per quos miracula Gallos -ari tua . . ., Deus, voluisti. ECBASIS capt. 1199 -atur talia mater. *c. acc. c. inf.:* EPIST. Bonif. 80 p. 175,13 eos . . ., quos repperisse -ta est fraternitas tua pseudosacerdotes. *seq.* quia: COD. Karol. 56 p. 581,22.

subst. **affatum,** -i *n.* *acc.* -um *v.* affatus. *dictum – Wort:* PETR. CAS. (?) chron. 4 praef. p. 754,42 talibus -is nos instruere coepit.

***afforaneus** *v.* *aforaneus. ***afforensis** *v.* *aforensis.

afforismus *v.* aphorismus.

***afforo,** -are. (ad *et* forum; *francog. vet.* aforer, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 737sq.*) *taxare, pretium constituere – taxieren, den Verkaufspreis festsetzen:* CHART. Hans. I 660 p. 227,43 (a. 1268) mercatores . . . Flandrenses apud Hamburgh vina -are non poterunt nec ibidem ea vendere.

***affossatus,** -a, -um. (*ital.* affossare) *fossis sectus vel circumdatus – von Gräben durchzogen, mit Gräben umgeben:* DIPL. Heinr. II. 275 p. 325,6 *(ex Italia)* molendinum . . . cum prato -o.

affractus *v.* anfractus.

***affreno** (adf-), -are. *infrenare – aufzäumen:* IORDAN. RUFF. equ. 7 p. 113,15 equus habens maxillas grossas et collum curtum non de levi ad-atur decenter.

***affreto,** -are. (ad *et* *frict(i)are *ut vid.; prov. vet.* fretar, *hisp.* frezar, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 784/88*) *atterere – reiben:* HILDEG. phys. 5,28 se ad saxa et ad arenam -ant (confricat *G*) *grundulae.*

affrico, -ui, -are. *fricando allinere – einreiben:* COMPOS. Matr. 51,3 -bis de eo, quod conflasti, ea, quae scripta sunt. *in imag. i. q. contagione asciscere – durch Berührung annehmen (cf. Sen. epist. 7,7):* RAHEW. gest. 3,1 p. 167,30 talium . . . nationum vicinia nonnichil atrocitatis tamquam de rubiginoso ferro cariem sibi Polani -uere (affrixuere *B 1*).

affricus *v.* africus. **affrodillus** *v.* asphodelos.

affrodisius *v.* aphrodisius.

affronitrum *v.* aphronitrum.

***affrontatio** (afr-, -cio), -onis *f.* *finis – Grenze:* DIPL. Karoli M. 307 p. 464,6 (spur. s. XI.) donamus exsenplationes vel afr-es et ad ipse vallicule Andorrense, a parte origentis *eqs.* p. 464,10 exsenplationes vel afrontaciones.

affroselinum *v.* aphroselinum.

affructabulum, -i *n.* (*ab* afrutum, *gr.* ἀφρωτόν? *cf. Ernout-Meillet, Dict. etym. de la langue latine.* ⁴*1959. p. 14*) *vas – Behältnis:* VITA Karoli M. 2,22 p. 64,31 cupiens lignum

[Payr]

dominice crucis elicere appodiavit feretro -um. *v. ThLL. s. v.* afrutabulum.

affugo *v.* aufugo.

affulgeo, -fulsi, -fulsurum, -ere. *in imag. i. q. fulgens apparere, radiare – in Glanz erscheinen, leuchten:* TRANSL. Dion. Ratisb. epist. p. 352ª,5 Deum humano generi -surum. RUP. TUIT. off. 2,21 p. 47ᴬ pontifices . . ., splendida Romanae sedis luminaria, sicut diversis temporibus -serunt.

***affumatus**, -a, -um. (*ital.* affumare) *fumo infectus vel siccatus – dem Rauch ausgesetzt, geräuchert:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 2,15 que vero ale non ponuntur ad fumum, semper erunt pulcriores . . . -is. 4 p. 67,18 pennas -as et sordidas.

1. *affundo (afo-), -avi, -atum, -are. (ad *et* fundus; *ital.* affondare, *cf. Meyer-Lübke, REW³ nr. 269*) *demergere – versenken:* ANNAL. Ianuens. III p. 117,20 quam *(galeam)* cum nostri defendere non possent . . ., afondarunt ipsam. p. 165,11 alie *naves* in portu Ianuae afondate. IV p. 74,9 duo ligna . . . -arunt.

2. affundo, -fusum, -ere. *pass. sensu medial.:* **1** *influere – zufließen:* ALBERT. M. animal. 20,51 humidum . . . nutrimentale illi *(corpori)* -itur. **2** *procumbere – sich niederwerfen, hinsinken:* COD. Udalr. 219ᵐᵉᵈ. tam clerum quam populum pedibus vestris -sum . . . deplorare querimoniam. VITA Balder. 31 p. 737,17 *imperatoris* -si genibus. MIRAC. Otton. Bamb. II 5 terrae -sus deficere coepit.

affurcillo, -are. *labefacere – erschüttern, zu Fall bringen:* ABBO SANGERM. bell. 3,91 hunc non allidunt -ando (gloss.: labefactando, concutiendo) sinistri.

***aflctos** *v.* *aphyctos. ***afldo** *v.* *affido.

***afinatus** *v.* 2.*affino. **afinis, *afisus** *v.* aff-

***afixia** *v.* *asphyxia. **afligo, aflo, afluentia** *sim. v.* aff-

***afondo** *v.* 1. *affundo.

***aforaneus** (aff-), -i *m.* (*cf.* aforis, -as; *francog. vet.* aforain, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 703*) *extraneus, alienigena – Auswärtiger, Fremder:* ACTA imp. Böhmer 229 p. 205,12 (a. 1208) nullus afforaneus . . . potest de iure civem Leodiensem ad duellum appellare.

aforas *adv. exterius – außen:* COMPOS. Luc. fragm. 4 facis archam et picas eam -s cum sebu et pice.

***aforensis** (aff-), -is *m.* (*cf.* aforis, -as) *extraneus, alienigena – Auswärtiger, Fremder:* CHART. Lamb. Leod. 365 p. 450,12 (a. 1243) si afforensis venerit ad manendum in oppido Traiectensi et concivis Traiectensis esse voluerit.

aforis (a foris). *de accentu:* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 402,11 deberi . . . afferri *sub accentibus duobus* 'a foris', 'a modo' . . ., quia prorsus ipsa adverbia magis ibi sunt in sensu nomina.

I *adv.:* **A** *local.:* **1** *ab exteriore parte, extrinsecus – von außen (her), von draußen:* VITA Eparch. 9 (MGMer. III p. 555,26) cum custos carceris ibidem esset, emisit -s . . . preces. AMALAR. off. 2,11,3 necesse est, ut subsequentes *subdiaconi* necessaria a foris ministrent. RIMB. Anscar. 30 p. 61,4 isti a foris urbem debellare, illi de intus coepere . . . repugnare. **2** *exterius, foris – außen, außerhalb, äußerlich:* **a** *gener.:* ANNAL. regni Franc. a. 776 p. 44,28 videntibus multis tam -s quam etiam et deintus (*cf.* p. 46,3 qui -s erant). MAPPAE CLAVIC. 41 pone *aurum* in vitreo vase et circumda -s carbonibus. SALIMB. chron. p. 409,28 quantum -s apparebat, fecit pulcherrimam turtam. **b** *in chartis:* FORM. Senon. I 16 p. 191,27 propriętates tuas tam infra civitatem quam et a foris. FORM. Patav. 5 in villa . . . curtilem 1 et -s de terra iurnales tant(os). TRAD. Frising. 671 p. 565,13 in loco . . . ecclesiam . . . et a foris de terra arabili iornales CXXIIII. *al.* **c** *medic.:* ANTIDOT. Sangall. p. 82,40 qui inter costas apostemas habent, in epate in splene a foris inponis *emplastrum*. RECEPT. Bamb. 5 a foris oculos inunguis (*cf.* TRACT. de caus. mul. 31). **3** *extrorsum, foras – nach außen, hinaus:* CHRON. Salern. 72 p. 70,25 -s in patulo minime exiebant. 150 p. 159,12 per murum undique cervice tenus -s se iactaverunt. **B** *spirit. i. q. forinsecus, specie – äußerlich, nach außen hin, zum Schein:* CHRON. Salern. 32 p. 34,13 per exprobacione, que monachis -s inferunt, deintus quid animo gerat, cognoscere. 55 p. 56,13 hoc . . . non deintus, set -s promebat (59 p. 59,1).

II *praep. c. acc.:* *extra, ante – außerhalb, vor:* CHRON. Salern. 42 p. 43,4 -s portam . . . amplicuerunt. 126 p. 140,17 -s civitatis menia . . . egredi (*cf.* p. 140,18 -s menie properabat. 146 p. 153,16 -s moenia). 139 p. 147,13 -s castellum illum ne unam quidem stillam cecidit.

aframeo *v.* 1. adramio. **afredos** *v.* aphedros.

1. africus (aff-), -i *m.* **1** *ventus ex Africa (inter zephyrum et austrum) spirans,* λίψ *– Südwestwind* (*cf.* Gloss. III 113,48 St.-S. aff-us westsunderwint): EINH. Karol. 29 p. 34,4 ut . . . vocaret . . . -um westsundroni. ALBERT. M. meteor. 3,1,22 p. 608ᵇ,5 ab occidente hyberno -us ruens et furibundus apud Graecos hyps dicitur *(cf. Sen. nat. 5,16,6).* **2** *(caeli) regio, quae est inter occidentem solem et meridiem – Südwesten:* STEPH. EDD. Wilfr. 13 p. 208,15 vento flante ab aff-o. RUD. FULD. Leob. 19 Scoranesheim quatuor milibus a civitate Mogontia ad -um distans. mirac. 3 p. 332,30 -um versus. ANNAL. Rod. a. 1138 p. 713,30 *iugera* sita sunt retro hospitale sub aff-o ab eadem domo. *al.* *Payr*

2. *africus *v.* *alficus. ***afrodicus** *v.* *aphrodicus.

afrodillus *v.* asphodelos. **afrodisia** *v.* aphrodisius.

afronit(ri)um *v.* aphronitrum.

***afrontatio** *v.* *affrontatio.

afroselinum *v.* aphroselinum.

afrutabulum *v.* affructabulum. **afugio** *v.* aufugio.

***ag.** *(orig. inc.) nomen litterae primae alphabeti inventicium ut vid.:* MAPPAE CLAVIC. 288ᵐⁱⁿ. ag berch *eqs. v. et* *alamoy.

agacia *v.* acacia.

agagula, -ae *m.* (*cf.* *ἀγαγᾶς) *metr.:* ăgă-: *l. 34.* ăgā-: *l. 37.* **1** *strictius:* **a** *leno – Kuppler:* ABBO SANGERM. bell. 3,18 -am (gloss.: lenocinatorem, lenonem) cęlebs aginat. **b** *adulter – Ehebrecher:* GLOSS. III 187,6 St.-S. -a uberhûrare. **2** *latius pro convicio i. q. nugator – Schwätzer:* AMARC. serm. 4,295 nugaris, -a ?

***agallis** *(f.)* (*cf.* ἀγαλλίς) *lolium – Lolch (Lolium temulentum L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 273):* GLOSS. med. cod. Trev. p. 173,21 -is i. lolium vel zizania (*cf. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz III 552,43* agalis i. lobu).

agalma, -atis *n.* (ἄγαλμα) *script.* -allm-: *p. 371,5. metr.: fere* ăg-; āg-: *l. 67.*

I *proprie:* **A** *imago – Bild:* **1** *strictius:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,73,2,1 p. 607ᵇ,13 -ta . . . idem sunt, quod imagines vel similitudines. cael. hier. 2,15 p. 69ᵇ,14 alia littera habet '-um' loco 'imaginum' (*PG 3,145ᴬ* ἀγαλμάτων) et dicitur multipliciter in Graeco; aliquando enim dicit expressam imaginem, quae intuentibus laetitiam efficit, quandoque vero dicitur imago simillima, sive laetitiam inferat sive non. **2** *latius i. q. similitudo – Abbild (v. et l. 45sqq.):* CARM. biblioth. 6,4,1 homo formatur pulchro sub -e primus. ALBERT. M. cael. hier. 3,2 p. 83ª,18 perficit *hierarchia* . . . '-ta divina' (*PG 3,165ᴬ* ἀγάλματα), id est expressas Dei imagines per similitudinem ex receptis donis, quibus laetitia eis oritur (*cf.* eccl. hier. 3,9 p. 579ᵇ,38). eccl. hier. 4,3 p. 645ᵇ,30 '-ta' expressae imaginationes; alia translatio 'insignia', quae sunt in nobis exemplata. summ. theol. II 4,16,4 p. 217ª,2 *angeli* de prima hierarchia a beato Dionysio . . . dicuntur 'divinum -a', eo quod similitudo Dei expressius relucet in eis quam in aliis. **B** *sepulcrum martyris – Märtyrergrab:* CARM. pro schola Wirz. 180 sanctus Kilianus . . . proprium defendat -a. INVENT. Quint. II 255 (MGPoet. IV p. 1003) crines . . . pro reliquiis sub sacro -e linquit.

II *translate:* **A** *decus, splendor – Zier, Glanz:* CARM. de Quint. 26 virtutum -e florens (CARM. de Cass. 70). 55 crucis . . . -e. 242 baptismi -e comptus. VITA Landel. 204 templi penetravit -a. EKKEB. SCHON. opusc. 4 p. 282,45 tibi gaudium sit, o Maria . . ., prelucidum -a inter primevas lucernas divini liminis (luminis *Pez*) suscepisse. **B** *gaudium aeternum – Freude, Seligkeit:* EGBERT. fec. rat. 2,510 *Christus* dragmam decimam *(i. hominem, cf. notam ed.)* ad -a revexit. BENZO

[Baader]

ad Heinr. 3,15 p. 628,16 *Christus* det -ta, claudat Avernum. 4,12 p. 646,18 habere debemus -ta, quae perdidit primus apostata. THIOFR. Willibr. I A 28 p. 477A ad sempiternę refectionis et delectationis . . . -ta. II 2,14 cęlestis -ta regni. C *honor – Würde:* VITA Ger. Bron. 16 p. 666,48 -a (agallma *1*) commissum . . . invisere.

agamus, -a, -um. (ἄγαμος) *caelebs – unverheiratet* (*cf.* GLOSS. IV 129,30 St.-S. -us celeps virgo ungehiter. *ibid. al.*): ABBO SANGERM. bell. 3,84 antropus ast -us (gloss.: sine coniuge) caelibatum colat.

aganoe *v.* agaone. **aganta** *v.* acantha.

agaone (aganoe *sim.*) *subst.* (ἀελίζωον *cft. J. André, ALMA 23. 1953. p. 110*) **1** *sedum, vermicaria – Mauerpfeffer (Sedum acre L., cf. André, Lex. bot. p. 20):* RECEPT. Sangall. I 187 pipenilla, agaon, cardone (*cf. Misc. Tir. p. 66,21* -e, ⟨id est herba⟩ vernuliaca). GLOSS. III 294,46 St.-S. -e subtilla h(oc est) wormurz (477,6 agonoe vel -e. 511,39 aganoe. 517,43 agones. V 44,29 agvenan). *al.* **2** *pervinca – Immergrün (Vinca maior L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 288):* GLOSS. III 50,23 St.-S. -e bervinke. **3** *aconitum – Sturmhut (Aconitum napellus L. vel A. vulparia Rchb., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 106):* GLOSS. III 524,37 St.-S. agaones wolueswrz (535,57 agornes). **4** *?uva lupina – ?Tollkirsche (Atropa belladonna L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 516sqq.):* GLOSS. III 549,12 St.-S. -e vothwrz vochwrze bochzwrz.

1. agape, -es *f.* (ἀγάπη) *form.: sing.: nom.:* -e: *l. 33.39.* -is: *l. 34.41.* -es: *l. 34.45.52. acc.: fere* -em; -en: ANNAL. Otak. a. 1278 p. 194,15. *v. et l. 50.* -e: PONTIF. Rhen. sup. 194. *v. et l. 50. abl.* -e: *l. 37.40.49.53. plur. acc.* -es: *l. 46.51.*

1 *dilectio, caritas – (Nächsten-)Liebe, Liebesdienst* (*cf.* GLOSS. IV 30,32 St.-S. -e dilectio vel caritas spentae): IONAS BOB. Columb. praef. p. 145,14 fratrum -is (-es *var. l.*) vel patris . . . praeceptum. FORM. Marculfi 2,51 uberim strinuitatis vestrae -em erga nos . . . flagrantem . . . excitare. CARM. Aldh. 2,65 -e pro numinis. PAUL. DIAC. carm. 6,21 dapes -es. ABBO SANGERM. bell. 3,73 -em (gloss.: alienum laborem) suffert -e (gloss.: dilectio) nimis apta. NIZO Frid. 12 *mulierecula* illorum sustentabatur -e. *al. per prosop.:* BENZO ad Heinr. 4,2 Pystis, Helpis et A-is *(cf. Vulg. I Cor. 13,13).* **2** *convivium caritatis, distributio eleemosynarum, eleemosyna – Liebesmahl, Almosenverteilung, Almosen* (*cf.* GLOSS. II 91,62 St.-S. -em alamuosun, idem pastiones pauperum. IV 352,15 roga Latine, -es Grece, Gallice spende. *v. et l. 33*): AGNELL. lib. pont. 11 hic -es cum peregrinis cotidie faciebat. VITA Liutg. I 31 invitat ad -em egentes. HERIG. Ursm. 1,124 indicens -em simul et ieiunia crebra. LAMB. TUIT. Herib. 2,15 quod dabatur sibi de -e. COSMAS chron. 2,42 p. 147,12 consurgens ad -em (-e, -en *var. l.*). DONIZO Mathild. epil. p. 407,76 ingentes -es sibi precipiunt dare large. FUND. Mur. 29 p. 85,13 ut . . . -es pauperum . . . fiat. *al.* **3** *collatio – Beitrag:* CONR. FAB. Gall. 19in. cum -e familiarium ecclesie. **4** *alienus labor – fremde Arbeit: v. l. 38.*

2. *agape *v.* *agapis. **agapen** *v.* sacopenum.

agapetus (-pit-), -a, -um. (ἀγαπητός) **1** *adi.: dilectus – geliebt:* FORM. Augiens. C 21 kere, kyri agapite. **2** *subst. fem.: concubina – Buhlerin:* BERNOLD. CONST. libell. III 11 p. 71,29 quod si . . . aliquis clericus -as amplius quesierit amare quam Christum *(ex Ps. Hier. epist. 42,8).*

***agapis**, -is *(m.) (corrupt. ex* ἀχάτης *ut vid.)* **1** *achates – Achat:* DYASC. p. 115b lapis -is . . . colorem habet similem pelli leonis (*ex Damig. lap. 17* achates). **2** *lapis lazuli – Lasurstein:* ALPHITA I p. 296,22 lapis -is lapis lazuli, lapis est blavi coloris satis bonus. *huc spectare vid.:* TRACT. de aegr. cur. p. 189,2 pulverem . . . de . . . lapide -is. BERNH. PROV. comm. 1,2 p. 279,28 lapis -is (2,4 p. 280,24).

***agardia** *subst. (orig. inc.) herba quaedam – eine Pflanze:* BOTAN. Sangall. 43,1 herba -a *(c.* agaricus *cft. dubitans ed.).*

agaricum, -i *n. vel* **agaricus**, -i *m.* (ἀγαρικόν) *script.:* ha-: ANTIDOT. Glasg. p. 116,10. -car-: *p. 372,7. adde* ANTIDOT. Glasg. p. 109,12. 116,10. 138,9. -arri-: PAUL. AEGIN. cur. 255 p. 203,27. -ig-: ANTIDOT. Sangall. p. 90,8. *form.:* agarus: GLOSS. III 548,63 St.-S. *?agarium: l. 31. metr.* ăgār-: *l. 15.*

1 *de fungis:* **a** *polyporus laricis vel abietis – Lärchen-, Tannenschwamm (Polyporus officinalis L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 279):* ANTIDOT. Glasg. p. 150,21 acarico, hoc est fungus de larice. DIAETA Theod. 115 -um calidum est. GLOSS. III 546,38 St.-S. -us tannenswam. V 40,14 -o i. bulidus montanus lorihbovmes suuam vel uualhadarich. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 346,9 -us duplex est, masculus videlicet et foemina *eqs.* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 373F -us sive fungus vel bolus, qui in quadam arbore reperitur. IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 4br -us est quasi fungus et crescit circa radicem abietis *eqs.* Ps. OTHO med. 6 pretiosus -us. ALPHITA I p. 285,46 cor album, album abietis, -us idem. II p. 3,32 -us, fungus abietis, trodogalo idem. *saepe.* **b** *polyporus fagi – Buchenschwamm (Polyporus fomentarius Fries., cf. G. Pritzel – C. Jessen, Die dt. Volksnamen der Pflanzen. 1882. p. 463):* GLOSS. III 525,4 St.-S. -us buchsuame wegesuamme (533,56. 534,50). **c** *species boleti – Habichtspilz (Hydnum imbricatum L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 915):* GLOSS. III 485,20 St.-S. -um habecheswum (570,9 habesamo).

2 *de herbis:* **a** *aristolochia (rotunda) – Hohlwurz (Aristolochia rotunda L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 1194):* GLOSS. III 594,12 St.-S. -i holvvrt. **b** *eruca – Hederich (Raphanus raphanistrum L. et sim., cf. Fischer, op. cit. p. 281):* GLOSS. III 471,9 St.-S. -um hederih. *v. et l. 9sq.* **c** *careum – Wiesenkümmel (Carum carvi L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 860):* GLOSS. III 579,34 St.-S. agarium *(v. app. crit.)* feldchumi. IV 30,40 -um veltchumile. **d** *vitis alba – Zaunrübe (Bryonia dioica Jacqu., cf. André, Lex. bot. p. 20):* GLOSS. med. p. 5,16 -o, id est vitis alba, quod est notia *(sim. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz III 535,20). v. et* asarum.

***agariola** *v.* *gariola.

***agasarium** (agaus-) *n.* (agaso) *stabulum equorum (principis) – Marstall:* GLOSS. III 443,24 St.-S. agausarium marstal.

agaso, -onis *m. script.:* agaus-: *l. 55.* -az-: *l. 52.61sqq. form. nom. sg.* -on: *l. 44.*

1 *equarius – Pferdeknecht* (*cf.* GLOSS. III 185,34 St.-S. -o custos equorum marscal vel stutere): **a** *strictius:* ABBO SANGERM. bell. 3,54 sit neque -on (gloss.: provisor equorum) inermis. LIUTPR. leg. 63 p. 211,4 *episcopi* ipsi dapiferi, ipsi -es, ipsi capones *sunt.* RICHER. REM. hist. 2,89 qua tempestate equos educant -es herbatum. AMARC. serm. 3,840 collum cautus -o purrit equi. *al. in stabulo regali:* RICHER. REM. hist. 1,9 ego ex mediocribus regis -o. CHART. Burgenl. 111 p. 78,11 (dipl. regis Hungar. a. 1220) Ladislao, magistro -um. *de censualibus:* CHART. Oelsn. 17 p. 33,12 (a. 1208) addidit . . . villam meorum -zonum . . . et agros meorum ortolanorum. **b** *latius de munere i. q. marescalcus – Stallmeister, Marschall (cf. Schröder – Künßberg, Rechtsgesch. p. 529sq.):* GLOSS. III 443,23 St.-S. agauso marscalh. IV 234,5 -o dicitur magister equorum. LEX fam. Worm. 29 ut ad alium servitium eum ponere non debeat nisi ad camerarium aut ad pincernam vel ad infertorem vel ad -em vel ad ministerialem. CHART. episc. Misn. 54 p. 56,25 -o *regis* Woyzlaus. VINC. PRAG. annal. a. 1148 Iůrik eius *(ducis)* -o (*cf.* a. 1158 p. 671,42 *syn.* marscalcus). CHART. Oelsn. 9 p. 22,3 Przibislaus tunc -zo. CHART. Pommerell. 15 p. 14,21 Paulus -zo noster *(sc. episcopi).* CHART. Pruss. II 64 comes Potrex -zo . . ., Albertus subagazo. **2** *asinarius – Eseltreiber:* NIVARD. Ysengr. 4,368 optat sic asinus, tendit -o secus. LAMB. WAT. annal. a. 1151 p. 520,47.

***agasonia** (-zon-), -ae *f.* (agaso) *munus marescalci – Marschallamt:* CHRON. Cosmae cont. I a. 1130 p. 136,20 inter cameram et mensam et agazoniam.

agat(h)es *v.* achates.

agathos (-tos), -on. (ἀγαθός) *compar. et superl.: p. 373,2. form.: abl. sg.* tagato: *p. 373,5. gen. pl.* tagaton, thogaton: *p. 373,7.*

[Baader]

bonus – gut: **1** *adi.* (*cf.* GLOSS. med. cod. Trev. p. 147,7 agatos i. bonus, agates i. melior, agatotatos i. optimus): WALAHFR. carm. 54,21 agathes (*i.* achates) -os bonus est lapis. CARM. potat. 32 (MGPoet. IV p. 351) -on ... potate Falernum. **2** *subst. neutr.:* WARN. paracl. 357 de tagato ... dicere verum. RHYTHM. Schir. 40,1 (ZDtAlt. 23 p. 181) prothopanton tagaton (thogaton AnalHymn. 46 p. 381) summus illocalis semper fuit. ALBERT. M. metaph. 12,1,4 p. 700^{a},13 quod est bonum et ἀγαθόν (*cf.* p. 699^{a},19.28).

***agaulizo**, -are. (αὐλέω, ἀγλαΐζω *cft. DuC. s. v.*) *resonare – ertönen:* VITA Pirmin. II 13 p. 43^{E} cuius *(animae Pirminii)* in terra defuncto corpori inanimatae materiae *(i. tintinnabuli)* -ret sonus.

***agausarium, agauso** *v.* *agasarium, agaso.

***agaza** (acacia), -ae *f.* *(theod. vet.* agaza, *cf. Ahd. Wb. I. p. 61; francog. vet.* agace, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 51sqq.) pica – Elster:* GLOSS. III 463,39 St.-S. pica vel -a agilstra. BERNH. PROV. comm. 6,2 p. 291,20 adeps pice, id est acacie. *Baader*

agazo, *agazonia *v.* agaso, *agasonia.

agea *v.* agia. ***ageleia** *v.* *aquileia.

agellulus, -i *m.* *(parvus) agellus – (kleines) Äckerchen, (sehr) kleines Stück Land:* RHYTHM. 150,340,2 ut ... non grando ... demetat -os. CHRON. Median. 5 p. 89^{a},42 adiacens cum -is suis villula. HUMB. Sim. 2,35 p. 184,21 ne -um quidem ... retentant. TRAD. Augiens. 81 p. 104,2 duos -os, qui vulgo geren *(cf. p. 374,70)* vocantur.

agellus, -i *m.* *script.* agg-: GLOSS. II 350,44 St.-S.

I *(modicus) ager – (kleiner) Acker, (kleines) Stück Land:* **A** *proprie:* **1** *vi deminutiva vigente:* ARBEO Corb. 20 ut ... salti secretioris et (ad VITA Corb. 14) operatione concederet -um *papa.* SIGEH. Maxim. 17 (15) pauperum -os. WOLFHER. Godeh. I 37 p. 195,7 adeo ut nec unum -um ... in suae commoditatis converterit servitium. *al.* *area horti – Beet:* GLOSS. III 716,28 St.-S. -us in horto bedde. **2** *vi deminutiva attenuata vel incerta:* **a** *gener.:* AGOB. epist. 11,11 p. 203,30 qui *(sacerdotes)* ... -os provideant. TRAD. Brixin. 53 econtra recepit ... -um, qui recipit seminis II modios. EPIST. Worm. I 36$^{tit.}$ quicquid ovi vellus vel agresti reddit -us. VITA Godefr. Cap. I 9 p. 524,34 quid finitimis inhias contempto limite -is? *al.* *proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1,197 qui retinet censum, videat, ne perdat -um. *cf. p. 374,26sq.* **b** *spec.:* *de cultura:* CHART. Mog. A 296 p. 187,10 (a. 1055) dedi ... -os silvestres. CHART. episc. Halb. 133 p. 96,27 lucos ... cum -is novalibus. *de possessione, situ:* CONC. Merov. p. 95,3 -um ecclesiae. COD. Lauresh. 3817 p. 263,16 (a. 1200) de -o, qui gere *(cf. p. 374,70)* dicitur, XVI denarii. **B** *in imag.:* HROTSV. Theoph. 12 ipsius ingenuum mentisque rigaret -um de sophiae rivis.

II **A** *fundus – Grund(besitz):* GESTA Autis. 33 (MG Script. XIII p. 396,8) -um proprietatis sue contulit, cuius vocabulum est Villare. 36 p. 397,28 -um quendam V mansorum. DIPL. Conr. II. 225 omnem illum -um ... exceptis triginta iugeribus cum omnibus appendiciis eius .. concedimus. **B** *fines – Gebiet:* CARM. de Tim. 7 Noricus in regnum qua se diffundit *(sic cod.,* -fud- *ed.)* -us.

III *iugerum – Morgen, Juchert* (GLOSS. III 277,48 St.-S. iuger, -us, morgen): TRAD. Petr. (FreibDiöcArch. 15 p. 143,6; s. XII./XIII.) triginta -os, quos teutonice dicimus morgon, ... dederunt.

agenda, agens *v.* ago. ***agentia** *v.* *aisentia.

1. ager, agri *m.* *(n.: p. 375,4.43; f.: cf. p. 374,55sq.) script.* ac-: *l. 71. p. 374,4. form.: sing.:* ?*gen.* ageris: DIPL. Karoli M. 307 p. 464,2. *acc. (abl.)* agru: CHART. Sangall. A 296. *v. et p. 374,6.* *plur.: nom.* agra, acra: *p. 374,4.* *acc.* agrus: *l. 71.* *metr.:* ăgr- *in thesi;* āgr- *fere in arsi; in thesi:* POETA Saxo 1,70.

I *portio terrae (fere arabilis) – Acker, Stück Land (de silva: p. 374,31.48; de vinea: p. 374,33):* **A** *proprie:* **1** *gener.:* FORM. Andec. 41 p. 18,17 in domibus, ... silvis, pratis, acris (CHART. Sangall. A 6 cum agrus, cum pradus, cum silvis. TRAD. Frising. 12 in ... -is, pratis, silvis. TRAD. Ratisb. 3 -os cum silva et prata. WETT. Gall. 35 p. 277,12 silvae et pratae atque -i. DIPL. Otton. II. 36 cum. .. campis, -is, pratis, pascuis, silvis. *al.*). CHART. Sangall. A 9 casa, sola, orta, agra, prada (A III app. p. 683,9 acra. B 12. *al.*). LEX Baiuv. 17,2 p. 447,9 *syn.* campo. CHART. Bund. 34 de ipsu -u ... dederunt tercia porcione in pacalia. LEX Raet. Cur. 17,10 paludem ... exicare et exinde aut -um aut pradum ... facere (*cf.* TRAD. Ratisb. 44 omne ..., quod ... -orum vel pratorum extirpatum est). CHART. Sangall. A 234 (dipl. Ludow. Pii) ut nullus iudex publicus ... in ecclesias aut loca vel -os ... ad causas audiendas ... ingredi audiat. POETA Saxo 3,264 eiusdem regionis -os villasque ... populari. GERH. AUGUST. Udalr. I 13 p. 403,2 loca ... in -is et in aedificiis renovare. Ps. BOETH. geom. p. 401,17 formarum -orumque emetirentur areas (*cf.* CHART. Altenberg. 166 p. 125,26 dedit ... marcam pro expensis et -is mensurandis). p. 403,16 -orum planities. CHART. Stir. II 213 predium ... in vineis, areis et in -is (REGISTR. Seccov. p. 93,9 areae et -i areis attinentes). CHART. Babenb. 404 p. 251,4 mansum unum cum -is suis. CHART. Tirol. 1248^{a} p. 369,19 terra -orum solvit XV solidis. CHART. Eberb. 336 p. 99,27 ubi -i et campi ipsorum et fratrum ... separantur (CHART. Gosl. II 131 tam in campo quam in -o). CHART. Westph. IV 799 p. 424,32 de -is ignotis et indivisis, si seminati fuerint, ... decima solvetur. ALBERT. M. veget. 7,62 quietes -orum. *saepe.* *proverb.:* CAPIT. reg. Franc. 293,62 (a. 845/46) qui neglegit censum, perdat -um *(cf. DuC. II. p. 257$^{b.c.}$ v. et p. 373,42).* **2** *spec.:* **a** *de qualitate, cultura:* FORM. Andec. 41 p. 18,31 in ... -is cultis et incultis. TRAD. Ratisb. 216 -os arabiles. CHART. Worm. 91 p. 78,8 campestrium -orum. CHART. Eichsf. 272 -is silve. CHART. Babenb. 359 p. 203,26 -os novellarum. CHART. Friburg. 173 p. 146,5 -is ... frumentariis et viniferis. CHART. Xant. 219 ut nemus ... in -um sacionalem redigant. ALBERT. M. veget. 7,33 quatuor -orum genera ..., sativum videlicet et consitum et compascuum et novalem (*cf.* GLOSS. III 407,15 St.-S. compascuus -r almeinde). 7,36 efficitur -r pulverulentus et sabulosus et salsus et pessimus *eqs.* 7,54$^{tit.}$ de cultu -i montuosi et vallicu-losi. 7,65 -r subcoeninus aut coenulentus. 7,126 cum autem hic *(-r sativus)* duplex sit, campestris videlicet et hortulanus *eqs.* animal. 23,141 -orum sabbatizantium. CHART. Livon. A III 409^{a} si piscina ... in -os fructuosos fuerit redacta (CHART. Wirt. VII 2055 p. 17,18 *silvula* in purum -um). *saepe.* *sing. sensu collect. i. q. arvum – Ackerland, Boden:* COD. Lauresh. 898 p. 262,5 (a. 767/68) trado ... X iurnales -i et prati (COD. Frid. 19 iugera XL -i arabilis et pratorum). ADAM gest. 1,1 p. 5,2 -r *Saxoniae* ubique fertilis, compascuus et silvestris. 2,17 Hammaburg ... -o et frugibus felix. ALBERT. M. veget. 7,25 tertia *aratio est* -i commixtio. *al.* **b** *de possessione, condicione:* LEG. Burgund. const. I 38,8 p. 70,18 si quis in -o regio vel colonica voluerit adplicare. CAPIT. reg. Franc. 167,4 de -o ecclesiastico ... censum persolvere (*cf.* 303,3 -um sanctae Eulaliae). 191,10 -os dominicatos (*cf.* COD. Lauresh. 144 p. 426,11 partem -i dominicalis). CHART. Sangall. A 331 p. 305,4 unum -um salicam (BERTH. ZWIF. chron. 3 p. 152,7 salicae terrae -is). Ps. BOETH. geom. p. 394,12 arcifiniorum -orum ... extremitas. COD. Udalr. 35 p. 67,6 excepta dimidia parte vinearum cum ... suis stipendionariis -is. CHART. Rhen. med. I 404 p. 461,5 tributarios (*cf.* CHART. Eichsf. 441 decimalibus). CHART. episc. Hild. I 208 p. 191,9 hospites -os. METELL. Quir. 54,6 -os ... publicos. CHART. Hamb. 322 p. 281,19 -i, qui dicuntur quadrantes. CHART. Wirt. VII 2170 p. 110,11 -os rurenses. *al.* *describuntur -i vocibus theod.:* REGISTR. abb. Werd. 7,7 p. 209,9 de accommodatis -is, quos dicimus hůrland (*cf.* CHART. Osn. II 145 de quibusdam -is conducticiis, qui hurlande dicuntur. *v. et R. Kötzschke, Stud. z. Verwaltungsgesch. d. Großgrundherrsch. Werden. 1901. p. 60sq.*). CHART. Hamb. 322 p. 281,23 II -i, qui dicuntur geren *(cf. Dt. Rechtswb. IV. p. 253sq. v. et supra p. 373,27. 47).* CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 420,34 de -is, quos ubirlende dicunt (*cf.* CHART. Dobr. 52 [ed. Lehmann, UB

[Ziltener]

Dobrilugk. p. 47,18] in superfluis -is, qui vulgariter overlant nuncupantur). CHART. Argent. I 258 -um . . . anewendere *(cf. Dt. Rechtswb. I. p. 776)* dictum. CHART. Westph. VII 452 unum *-um* . . ., quod vulgo dicitur aneval *(cf. Dt. Rechtswb. I. p. 620)*, et unam *(sic)* achteworth *(cf. Dt. Rechtswb. II. p. 1186sqq.)*. REGISTR. Mog. p. 39,25 -i, qui vocantur oppen. CHART. Westph. VII 722 collationem -orum, qui spretland vulgariter appellantur. TRAD. Moosb. 146 (OberbayerArch. 2 p. 47,13) -um . . ., qui vulgariter pieunt *(cf. Dt. Rechtswb. II. p. 238sq.)* vocatur. REGISTR. Patav. I p. 332,3 -i, qui dicuntur ůrboracher. **B 1** *in imag.:* **a** *theol. de Dei terra colenda (cf. parabolam seminantis Vulg. Matth. 13):* WALAHFR. Wett. epil. 2,14 flemus -um subito tanto cultore carere. RUD. FULD. Leob. 9 operarios . . ., qui sibi conlaborarent in -o Dominico (BERTH. [?] annal. a. 1075 p. 277,28 -um D. . . . expurgare). DIPL. Karlom. (II.) 23 fidelibus . . . in -o Dei loborantibus *(sic)*. POETA Saxo 3, 198 dira venenifere conatus semina sectae . . . vellere de sacro Domini radicitus -o *princeps. al. adde:* THIETM. chron. 6,95 steriles hos -os *(sc. Pruciam)* semine Divino studuit fecundare. *de mente:* CAES. HEIST. hom. exc. 293 purgare per confessionem . . . -um cordis nostri a sentibus peccatorum. CLEM. IV. registr. 675 p. 700,40 in -o mentium illorum proditionis zizaniam seminabat. **b** *de campo studiorum:* WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p. 65,11 scolaribus deditus -is. ADAM gest. epil. 16 (vs.) cumque per innumeros librorum curreris -os. **2** *alleg.:* HRABAN. univ. 14,30 p. 410B sqq. -i autem nomine humanum genus habitans in hoc mundo exprimitur . . .; item -r est ecclesia . . .; item . . . populus Iudaeorum . . .; -r vero, in quo thesaurus absconditur, disciplinam studii coelestis . . . significat. p. 411A -r autem sancta Scriptura. 19,1 p. 504D incenduntur . . . igne -i . . ., quando . . . omnis superfluitas vitiorum a cordibus electorum exuritur . . .; arantur -i, quando per doctorum praedicationem *eqs.* **3** *meton. de Deo:* EKKEB. SCHON. opusc. 4 p. 280, 24 o flumen pacis, o deliciarum -r, o sapientia sola.

II A *fundus, terminus, praedium – Grund(besitz), Gemarkung, Landgut:* DIPL. Merov. I 41 p. 39,8 quia . . . silvas de ipso -o devastassent (*postea:* -um Elariacum). WILLIB. Bonif. 8 p. 47,10 quae *(gens Fresonum)* interiacentibus aquis in multos -orum dividitur pagos (*cf.* FORM. Senon. I 41 p. 203,35 in ipso pago, in -o illo). HUGEB. Wynneb. 7 p. 111,24 -um illud, quod nominatur Heidanheim (*antea:* locum). CHART. Rhen. med. I 57 p. 63,38 (dipl. Ludow. Pii) infra -os vel fines seu super terram predicti monasterii. CHART. Sangall. A 572 si factum fuerit, ut ille -r ab hospitali tollatur (*syn.* terrulam, possessiuncula). GESTA Autis. 36 (MGScript. XIII p. 396,28) agellum quendam . . . ex -o Matriacensi . . . contulit. TRAD. Salisb. I 38 concessit ei VI iugera in unoquoque -o. DIPL. Heinr. II. 392 -um nostrum in Marlines et Crenual . . . ecclesie . . . donamus. CHART. Tirol. notar. I 50b domus posita per medium domus archidiaconatus et -os de Saleo. *al.* **B** *fines, regio, campus – Gebiet, Gegend, Gefilde* (*cf.* GLOSS. III 610,18 St.-S. arnoricus [*i.* -r Noricus] peigiro lant): WILLIB. Bonif. 5 p. 22,12 ardua ac plana -orum peragrans spatia. ERMOLD. Ludow. 3,360 haud aliter miseri complebant strage ferarum Brittones lustra sive paludis -os. CAND. FULD. Eigil. II 7,25 latos volitat pennata per -os . . . fama. EINH. Karol. 7 p. 9,23 montium iuga interiecta utrorumque -os certo limite disterminant. WALTHARIUS 181 per latos aciem campos digessit et -os. POETA Saxo 2,138 Thuringorum per -os iter aegerat. WIDUK. gest. 2,24 in Reni orientalem -um depopulandum . . . demerguntur. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,227 in paradisiaci . . . pratensibus -i. CONST. I 111 in vestratem -um parare iam irruptionem (*antea:* dioecesi provinciaque). ACTA imp. Stumpf 339 p. 483,21 pascua de lapidoso -o, qui vulgari tuo Crau nuncupatur. *al.* **C** *rus – (flaches) Land:* COD. Karol. 3 p. 481,34 de presbiteris -orum (*syn.* ruris). CAPIT. reg. Franc. 22,19 quod non oporteat in villolis vel in -is episcopos constitui. WIDUK. gest. 1,36 p. 53,20 cum ergo per omnes -os caederentur, ad urbem . . . fugere temptabant. *al.*

III *mensura quaedam terrae (regionaliter diversa) – ein (nach Gegenden verschiedenes) Landmaß, Acker:* TRAD. Frising. 311 (a. 814) totum . . . tradiderunt . . . excepto -os VI et duo carrada. TRAD. Ratisb. 115 tradidit . . . terrę arabilis -os II. CHART. Rhen. med. I 135,24 p. 155,15sq. de porritto mundat *uxor illius* in orto -um I, de porro maiore -um I et dimidium *(cf. supra p. 128,15)*. TRAD. Frising. 1051 plenum -um ex proprietate sua. TRAD. Corb. 5 II iurnales et L -os. CHART. Bund. 206 p. 165,13 Andrea dedit unum carale in Tihizone et -um in Tulusace. TRAD. Fuld. I 43,1 unusquisque in anno XXXVI -os secat. TRAD. Scheftl. 87 delegaverunt unum -um in singulis campis. CHART. Port. 29 vineam . . . V -orum (REGISTR. Mog. p. 50,23 neglectos -os vinearum XIIII). TRAD. Petr. (FreibDiöcArch. 15 p. 143,23) curtem unam et -os decem, id est morgon. CHART. Altenburg. 88 p. 74,8 (dipl. Frid. II.) VIII -os lingnorum. CHART. Argent. I 242 triginta duos frumentiferos et quatuor pratorum -os . . . vendidit. CHART. civ. Erf. 244 XXII -os terre, II -os salicti et plus. *al.*

IV *gromatice i. q. area – Fläche:* Ps. BOETH. geom. p. 387,4 in duas eum -um dividet partes *linea.*

V *fructus et aedificia fundi – Ertrag und Gebäude eines Grundstücks:* NIVARD. Ysengr. 7,644 qui dominus fundi, legitime esset -i *(de re cf. notam ed.)*.

2. ager *v.* agger. **3. ager** *v.* acer.

ageratos (agir-) *m.* (ἀγήρατος) *lapis quidam astringens – ein beizender Stein:* PAUL. AEGIN. cur. 159 p. 87,25 restringit autem et sanguinarius lapis et frigius conbustus et agiratos *eqs. (cf. Galen. ed. Kühn XII p. 201sq.). v. et* *agrirastum. *Ziltener*

ageropa *v.* caryophyllon.

aggarrio (-ario), -ire. *garriendo proferre – schwatzen:* EGBERT. fec. rat. prol. nenias. HERM. AUGIENS. vit. 668 hoc . . . vulgus mobile aggāriens inprovide. ANSELM. LEOD. gest. 60 iocundissime -endo ingeminabat. *c. sensu iocundi:* RATHER. epist. 32 p. 182,18 coepi et ego ei taliter -ire: si *eqs.*

aggaudeo (adg-), -ere. *gaudere – sich freuen (c. sensu congaudendi: l. 43.46):* MILO carm. 1,6 prol. 45 qui tam iusto cupit -ere labori. VITA Chrod. 14 p. 560,4 regni tranquillitati princeps . . . ad-ens. VITA Annon. I 3,2 p. 499a,5 ipso suae reprehensioni dulciter ad-ente. GESTA Magd. 15 p. 394,11 omnibus hilaris et affabilis -bat (cong- *B*). WOLBERO cant. 3 p. 1178B ad-et profectui germinantis horti sui, in studiis . . . electorum. *al.* sibi -ere: IOH. METT. Ioh. 32 familiariter sibi alterutrum atque officiosissime ad-entes. HUGO FLAV. chron. 1 p. 304,26 nimis sibi -et *ecclesia* in felicitate.

adi. **aggaudens**, -entis. *hilarus – froh:* RIMB. Anscar. 38 p. 73,16 quod ipse . . . esset . . . letus et ad-s.

aggemo (adg-), -ui, -ere. *simul gemendo proferre – zugleich seufzend anstimmen:* METELL. Quir. 76,18 tabulae . . . trenera cunctae adgemuere columpnis.

***aggeneratio**, -onis *f.* *generatio communis – gemeinsame Erzeugung:* ALBERT. M. eth. 10,1,4 p. 608b,11 dicebat *Plato* delectationem generationem esse secundum quod generatio est -o eorum, quae constituunt naturam, sicut dicimus esse nutrimentum vel augmentum, quorum unum aggenerat membrorum substantiam, aliud autem quantitatem.

aggenero (adg-), -atum, -are. **1** *simul generare – gemeinsam erzeugen: v. l. 59.* **2** *generando augere – hinzuerzeugen:* ALBERT. M. veget. 2,14 ex nutrimento continue ad-antur (age-, aggregantur *var. l.*) ei *(plantae)* partes, ex quibus augetur. **3** *generando incorporare – erzeugend einpflanzen:* ALBERT. M. euch. 3,1,8,5 p. 274a,36 cibus ad-tus membro et virtutibus eius unitus.

aggeniculatio (adg-), -onis *f.* *genuum flexio – Kniefall:* EBO BAMB. Ott. 2,9 p. 632,17 Domizlaus . . . pio Ottoni humili ad-e prosternitur.

agger, -eris *m. (?f.: p. 377,26sq.) script.:* age-: *p. 377,3. 6.28.62.* ang- *p. 377,15.41.* ?aug-: *p. 377,15.* *assim. et*

etym.: ALDH. ad Acirc. 140 p. 195,14 solvitur 'd' in 'g' mutam ut 'aggrego, aggredior' . . ., 'aggero, aggessi', unde -em (agerem *KP*[1]) aggestis de fossato sablonibus et collectis in cumulum glareis dici etimologia declarat.

I *materies (aggesta) – (angehäufter) Baustoff:* FROUM. carm. 11,12 murus lapidoso ex -e (exagere *cod.*) structus.

II *aggestus – Anhäufung:* A *structura (terra vel lapidibus facta) – Anlage (aus Erde oder Steinen):* 1 *vallum – Wall, Damm:* a *ad muniendum, obsidendum – (Befestigungs-, Belagerungs-)Wall:* VITA Sandalb. 14 (MGMer. V p. 57,25) nulla -um arte imminente . . . obtinere valuerunt *urbem.* WIPO gest. 19 p. 39,10 insulam -e et vallo firmare. ADAM gest. 2,48 p. 108,15 -em Bremensis oppidi firmatum. CONO LAUS. notae p. 790,3 quod . . . villam munirent angeribus (augeribus [*sic?*] CHART. Laus. 330 p. 291,34). *al. alleg.:* HRABAN. univ. 14,26 p. 407[A] vallum . . . vel -r in Scripturis coangustionem hostium significat *eqs.* b *ad terminos notandos – Grenzwall:* LEX Baiuv. 12,4 agerem terre, quem propter fines fundorum antiquitus apparuerint fuisse ingestum (*cf.* LEG. Wisig. 10,3,3). CHART. Naumb. 213 p. 192,29 usque ad -es, qui sunt secus novalia Hollandensium. ANNAL. Rod. a. 1114 p. 698,1 -r humilis et curvus, ab aratro olim congestus, et est . . . terminus. CHART. Berg. Magd. 72 p. 51,27 ubi in signum distinctionis . . . plures comportati sunt -es. *al.* c *ad viandum – Straße:* VITA Aniani 6 (MGMer. III p. 111,15) nec porro qua pergebat ab -e. VITA Aviti I 10 (MGMer. III p. 385,3) corpus . . . publicum deferre per agerem ([agrum *var. l.*]. FLOD. hist. 4,9 p. 573,44. VITA Serv. 10 p. 34,10 in -is p. via strata. EBO BAMB. Ott. 3,13 p. 669,20. *al.*). CHART. Brem. 138 a transeuntibus per -em Vorde factum . . . accipere *theloneum.* d *ad aquas arcendas – Deich:* CAPIT. reg. Franc. 148,10 de -bus iuxta Ligerem faciendis. CHART. Traiect. 306 (dipl. Heinr. V.) iustitia . . . sive in furtis sive in -bus *eqs.* HELM. chron. 89 p. 175,12 in antiquis -bus, qui congesti fuerant super ripas Albiae. CHART. archiep. Magd. 412 -em ferre, qui dik vulgo dicitur. CHART. Hamb. 508 -em, qui houedic nuncupatur, . . . observabunt. CHART. Traiect. 1560 p. 309,34 vendidimus . . . -em cum littore. *al.* e *ad aquas colligendas – Stauwehr:* WANDALB. mens. 47 piscibus altas praestruere -bus (angeribus C) piscoso in flumine saepes. HELM. chron. 12 p. 24,34 qui propter molendina stipandis aquis -es congesti sunt. CHART. Hall. I 185 p. 173,33 -em sive restagnationem ad lacum construere ac servare et reparare (*cf.* 292 p. 273,31 -is illius, qui dicitur burgensium). CHART. Port. 168 molendinum cum -e, qui laice wer vocatur. *al. latius de stagno:* CHART. Pomm. B 812 p. 156,16 (a. 1266) piscium eiusdem -is. 2 *acervus terrae, tumulus – Aufschüttung, Grabhügel:* RUD. FULD. Leob. 4[in.] tumulus . . . super sepulchrum eius congesto terrae -e . . . compositus est. UFFING. Ida 2,5 sub telluris -e. *al.* 3 *pila pontis – Brückenpfeiler:* POETA Saxo 5,461 -busque pari spatio distantibus. 4 *testudo – Wölbung:* AEDILV. carm. 6,34 medio sub -e *(aedis Domini)* mensam . . . statuit. B *moles naturalis, colliculus – natürliche Erhebung, kleiner Hügel:* HROTSV. prim. 269 sub cuius *(terrae)* lapides latuerunt -e plures. C *congeries, copia – Haufen, Menge:* ALDH. carm. eccl. 3,25 Alpes -bus niveis et montis vertice saeptas. THEOD. TREV. mirac. Celsi 9 totus vesicarum -e cuneatus *puerulus.* GALB. Karol. 35[in.] transtulerunt in ecclesiam . . . librorum -em. TIDER. Pyram. 16 (ed. P. Lehmann, Pseudoant. Lit. p. 36) non facit esse probum quemlibet ager opum (*cf.* BURCH. URSB. chron. p. 82,7 -es nummorum).

aggeratio, -onis *f.* *accumulatio – Anhäufung:* HUGO FLAV. chron. 2 p. 439,22 (epist. papae) monita nostra re et -e culparum penitus conculcavit *rex.*

aggereus, -a, -um. *aggestus – aufgehäuft:* SISEB. carm. 28 teres umbra rotae *(lunae)* dum transeat himen (limen *Stach*) -i (*CB*, aggeret *O*) velox cumuli *(i. terrae, cf. W. Stach in 'Corona Quernea'. 1941. p. 84sq.).*

***alavarius,** -a, -um. (*orig. inc., ni cohaeret c.* alabandina; *cf. DuC. s. v.* alavanus) ⟨*lapidem pretiosum significans – einen kostbaren Stein bezeichnend*⟩: LAUDES Mediol. 7,2 (MGPoet. I p. 25) alma est *ecclesia* Laurenti intus -is lapidibus auroque tecta.

alauda, -ae *f. script.* alod-: *l.* 62. 1 *galerita – Lerche (cf.* GLOSS. I 348,22 St.-S. caradrion quidam dicunt lerehha i. aloda [*spectat ad Vulg. lev. 11,19*]. IV 180,41 -a lewerche): CARM. Cantabr. 23,4,2 per agros -a canit. TRACT. de fist. org. p. 13 ovum lodic⟨i vel⟩ -e. WILH. APUL. gest. 5,36 nisus -as insequitur. RUP. TUIT. off. 7,24 p. 205^{B} -a matutina per vocum suarum saepe volitat acumina. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 23,14 avicule ... terrestres sicut sunt -e, cozardi. EBERH. ALEM. labor. 987 indocto doctus cedit, ... -a ascalpho. ALBERT. M. animal. 23,26 -a avis a laude vocata *eqs. al.* 2 *luscinia – Nachtigall:* EGBERT. fec. rat. 1,1426^{a} (tit.) de -a et lupo (*cf.* 1427 dulce suum sub fronde sedens philomena canebat).

[Baader]

***alaudula**, -ae *f. galerita – Lerche:* CARM. Bur. B 58,4,14 -a garrula. 81,4,4 floridum -a tempus salutatur. *v. et* *laudula.

alausa (-los-), -ae *f. (francog. vet.* alose, *theod. inf.* al(l)ôse, *v. Ahd. Wb. I. p. 190) genus aringorum – Heringsart, Alse (cf.* GLOSS. III 683,44 St.-S. alansa alasa. IV 196,50 -a alasa): CHART. Hans. I 432 p. 146,28 (a. 1252) centenum alosarum.

alax *v.* alces.

1. alba *v.* albus. **2. alba** *v.* alpis.

albago *v.* albugo. **albalista** *v.* arcubalista.

Albanum, -i *n. vinum Albanum – Albanerwein:* IOH. DIAC. cen. 2,170 Iohannes bibit -um (Albense *Ps. Cypr. cena 147*).

***albanus**, -a, -um. (albus) **1** *adi.: vestimentis albis (ordinis Praemonstratensis) indutus – weißgekleidet:* VITA Norb. II add. 2,4 p. 602,30 a foris -i, specie non intus inani. **2** *subst. masc.: genus milvi – etwa '(Korn-)Weihe' (cf. prov. vet.* alban, *v. et Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 59):* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 29,29 aves *rapaces,* que dicuntur -i. p. 107,11 aves rare moventes alas volando sunt ... -i, huani, milvi (*cf.* p. 110,12.21. 111,17. 6 p. 226,20). 3 p. 42,33 que *(aves)* habent defensionem suam volandi in altum sicut moha et avis, que dicitur -us. 6 p. 229,15 *falco* timet ... eas *(aves)* ... sicut sunt milvi, milvorum modi, busardi, -i et corvi (*cf.* p. 230,2).

albarius, -a, -um. *albus–weiß:* WOLFHARD. Waldb. 4,15 (11) dum -a sequens adveniret hebdomada *(sc. post pascham). cf. nom. propr.:* METELL. Quir. 53,6 A-um *montem.*

albarus (-ius), -i *vel* **alberus** (-ius), -i *(f.) (ital.* albero, albaro, *cf. Meyer-Lübke, REW³ nr. 318; theod. vet.* albari, *cf. Ahd. Wb. I. p. 194sq.) leuce – Weißpappel (Populus alba L.; cf. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz III 264,33* λευκός albarus): CHART. Tirol. 574 p. 55,8 (a. 1208) sub albero iuxta parrochiam (*cf.* CHART. Tirol. notar. I 621 subtus alberum). 1079 aput albarium ad ecclesiam (CHART. Tirol. notar. I 762. 840. 841). 1100 p. 142,27 quod legale iudicium seu êtaidinc debet esse ... ad albarum (CHART. Tirol. notar. I 766). CHART. Tirol. notar. I 756 p. 381,7 in loco de Mŵreç subtus alberio. II 10 in Bozano ad albarios apud ecclesiam (283. 332. 345. 398$^{in.}$ 463). *v. et* *albellus.

***albatio**, -onis *f. actio albandi – das Weißmachen:* ALBERT. M. phys. 5,1,1 p. 356^{b},7 albedo (*p. 224^{b},15* λευκότης) non est motus alterationis, sed -o (*ibid.:* λεύκανσις). praedicam. 3,4 p. 202^{a},39 dicitur in genere alteratio et secundum speciem calefactio vel -o.

***albativus**, -a, -um. *alch. i. q. albificans, in argentum mutans – weißend, in Silber umwandelnd:* ANON. secret. p. 74,13 *(de sale talci)* est fixativum et reductivum et mollificativum et -um.

***albatura**, -ae *f. area alba – weiße Grundfläche:* THEOPH. sched. 1,19$^{tit.}$ de -a gypsi super corium et lignum (*syn.* dealbatura).

albatus, -a, -um. (alba) *script.* -lv-: *l. 67. saepe masc. pro subst.*

1 *strictius i. q. veste alba indutus – weißgekleidet:* **a** *alba indutus – mit einer Albe bekleidet:* TRANSL. Modo. 36 p. 306,23 *fratres* -i atque palliati sollempniter ... processere. LIBER ordin. Rhenaug. p. 113,26 tractus a duobus -is canitur. *al.* LAMB. PARV. annal. a. 1185 (MGScript. XVI p. 649,19) Leodienses clerici vel monachi -i. **b** *tunica ministrorum indutus – mit der Akolythentunika bekleidet:* WILH. HIRS. const. 1,93 cui *(missae)* ipsi *(ministri altaris)* intersunt -i. **c** *tunica baptismali indutus, neophytus – mit dem Taufkleid bekleidet, neugetauft:* CARM. libr. I 7,2,28 Carlmannum ... extulit -um sacratis conpater undis. GESTA Neap. 25 p. 414,22 fecit consignatorium alvatorum. AMALAR. off. 1,29,1 -i propter vestes albas appellantur vulgo *eqs.* ORDO Rom. ant. p. 80^{b},13 -i, qui in sabbato sancto baptizati fuerint. HROTSV. Pel. 20 -os ... baptismate natos. HERBORD. Ott. 2,28 p. 738,32 quos *(filios)* illa intuens -os. *al.* **d** *tunica beatorum indutus, caelestis – mit dem Himmelsgewand bekleidet, verklärt:* EPIST. Bonif. 115 p. 248,16 -orum conventicula vivorum et mortuorum ... aspexisse *(in visione).* DESID. CAS. dial. 2,20 cum illa -orum contione. CAES. HEIST. mirac. I 11,8 anima *fratris* ... a conventu -orum ad beatam requiem, corpus vero a conventu albandorum ad ecclesiam *delata est. al.* **2** *latius de rebus caelestibus:* **a** *albus – weiß:* WALAHFR. Wett. 295 angelus -o vestitu ... amictus. VITA Balder. 30,20 -as meruisse togas. **b** *splendens – glänzend:* WANDALB. martyr. 532 Lupus aede coruscat ab alta (albata ęde coruscat *G*).

albedo, -inis *f. nom. sing.* -dine: *p. 425,4. plur.: l. 62.*

I *proprie i. q. color albus, albitudo – weiße Farbe, Weiße:* AMARC. serm. 1,3 cum corporea superes -e cygnos. ANDR. STRUM. Ioh. 20 diversi coloris *vestes* ..., nigredinis scilicet et -is. CONR. HIRS. dial. 856 *(de accidentibus)* -o, rubedo, nigredo. CHART. Mog. A 492 p. 395,15 in magnitudine et -e *panum.* NIVARD. Ysengr. 3,599 *(de canitie)* accidit -o. TRACT. de chirurg. 414 flegmon ... ex flecmate signa sunt hec: -o, mollities. TRACT. de aegr. cur. p. 291,4 -o urine. ANON. tab. p. 190,17 potentiae *lapidis philosophorum,* -o et rubedo. VITA Salomae 4 roseo sanguine liligeram imbibente sibi -em. Ps. OTHO med. 112 nitri summa salis laus est -o nivalis. ALBERT. M. phys. 5,1,1 p. 356^{a},33 -o (*p. 224^{b},14* ἡ δὲ λευκότης) ... est passio corporum. sens. 2,1 p. 41^{b},40 participatio luminis in perspicuo vocatur -o. animal. 1,546 -o ... eius *(pulmonis)* est ex victoria aeritatis in substantia eius; -o enim eius causatur ex multitudine dyafani terminati conclusi in substantia coloris eius. metaph. 10,2,8 p. 574^{b},3 -o (*p. 1057^{b},8* τὸ λευκόν) ... est color disgregativus. *saepe. v. et p. 423,43. de argento:* CARM. Bur. B 42,9,2 rotunditas et -o *nummi* placet. CHART. Merseb. 283 p. 225,6 si *monetarius* ... excesserit in pondere aut in -e *denariorum* contra presens scriptum. CHART. Westph. VII 1321 in -e argenti poterunt *marcae* esse duobus denariis duriores. CHART. Hall. I 353 p. 324,15 moneta ... ab argenti -e seu puritate commendabilis claudicat pro levitate nummismatis. *alleg.:* HILDEG. scivias 2,7 p. 558^{D} in -e ineptam irreverentiam ... ostendunt *zonae vestis.*

II *meton.:* **A** *natur.:* **1** *substantia alba – weiße Masse:* ALBERT. M. animal. 3,151 lac ... -e mamillarum convertitur in -em. 3,152 -o spermatica ... membris durioribus adhaerere videtur (*cf.* 3,179). *v. et p. 428,41.* **2** -o oculi *i. q. album oculi, humor albugineus – das Weiße des Auges, Kammerwasser:* CONSTANT. AFRIC. theor. 8,15 p. 39a^{r} -o oculorum livida efficitur. BENVEN. GRAFF. ocul. B 5 p. 22,14 sangwis corruptus ... ponitur super -em occulorum, id est circum tunicas ad nigredinem occulorum. MAURUS urin. I p. 12,29 claritas -is occulorum. ALBERT. M. animal. 8,105 in oculis ... ossifragi est -o multa. *al.* **3** -o ovi *i. q. albumen ovi – Eiweiß:* TURBA phil. 4 in quo *(ovo)* quatuor *elementa* coniuncta sunt; eius ... -o *est* aqua. **B** *medic.:* **1** *macula alba – weißer Ausschlag:* SISEB. Desid. 7 *leprosorum* corpora -o deformis invaserat. GLOSS. med. p. 5,17 -o macula est nimium cana, quae nascitur in omnibus corporis locis *eqs.* CONSTANT. AFRIC. theor. 8,16 p. 39a^{v} morphea est -o in exterioribus apparens corporis. **2** -o oculi *i. q. suffusio oculorum, cataracta – grauer Star:* BENVEN. GRAFF. ocul. A p. 27^{a},32sqq. quae *(medicina)* valet contra -em (albuginem B p. 30,9) oculorum ideo, quia ingressit tunicam et destruit maculam, id est -em. WILH. SALIC. chirurg. 1,9 p. 306^{c} de ungula et -e in oculo. *remissius:* MIRAC. Heinr. II. 20(10) ceperunt ... ab occulis eius *(caeci)* -es in modum squamarum avelli (*cf. Vulg. act. 9,18*). **C** *alch.:* **1** *sal albus (metalli) – weißes (Metall-)Oxyd:* GEBER. summ. 1,51 p. 595 Iuppiter ... *igni ad calcinandum* dimittatur, quousque in -em mutetur completam. 1,53 p. 605 proprietas argenti vivi erit -em dare per ignem. **2** *albificatio, actio in argentum mutandi – Weißung, Umwandlung in Silber:* ANON. tab. p. 164,25 sulphur vulgi comburitur ... combustione -is et meliorationis. GEBER. summ. 1,29 *arsenicum* est -is tinctura (*cf.* 1,33 *argentum* est ... -is tinctura). **D** *zool. i. q. avis alba – weißer Vogel:* CARM. libr. III 14,24 hic iacet -o

[Baader]

(i. pavo albus). E *bot. i. q. abies – (Weiß-)Tanne (Abies alba Mill.; friaul.* avedin, *cf. O. Penzig, Flora popolare italiana. I. 1924. p. 2):* CHART. Tirol. 1007[b] p. 61,38 (a. 1234) in quo saso est una magna -e.

III *translate i. q. puritas – Reinheit:* HILDEG. scivias 3,6 p. 636[A] Deum ... in -e piae devotionis venerando.

***albella** (-bill-), -ae *f.* (albus, *cf. theod. vet.* albel) *piscis quidam albus – Felchenart, Gangfisch (Coregonus macrophthalmus L.):* REGISTR. Engelb. p. 226,22 CCC pisces albichen *('Blaufelchen'? ed. p. 46[d])* in vigilia omnium sanctorum; ... in nativitate Domini mille -illas. CHART. Sangall. A III app. 59 p. 754,32sq. dant ... sexcentas -illas ..., quingentas -illas. REGISTR. Eins. 1 p. 46,16 CC -ellas. *v. et* *albica, albulus.

***albellus,** -i *f. (francog. vet.* aubel, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 63) leuce – Weißpappel (Populus alba L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 279):* LAMB. ARD. hist. 48 p. 585,4 -us cum tilia ... ibi plantata est. *v. et* *albarus.

albeo, -ere. 1 *proprie i. q. album esse – weiß sein:* HIST. Mosom. 2,6 Iohannem papam cognomento Albam-Gallinam, qui ... dignitatis angelicae -bat canis. NIVARD. Ysengr. 3,600 nova nix -et vixque triennis olor. CARM. Bur. B 151,1,6 prata ... solis radio nitent, -ent, rubent, candent. CHART. march. Misn. III 77 p. 64,3 regiones -ent ad messem *(cf. p. 432,15). al. v. et p. 427,26.* 2 *translate i. q. splendere – glänzen:* ABBO SANGERM. bell. 3,89 alburnis -ent (gloss.: splendent) pomis huic *(agamo)* apofereta.

adi. **albens,** -entis. 1 *proprie i. q. albus – weiß:* ANGILB. carm. 2,45 (MGPoet. I p. 361) curre per -es campos et collige flores. WALAHFR. carm. 41,1 *(de impossibilibus)* -es capiat corvos. 54,14 ἀργιρίου -es ... montes. MILO carm. 1,6,1,448 *(de pergamena)* nigra per -es diffundens semina campos. VITA Theog. 2,23 p. 476,33 canis -bus. *al. c. sensu maturitatis:* ERMOLD. Ludow. 1,83 messes. 2 *translate i. q. lucidus – glänzend:* ALDH. ad Acirc. 70,3 *(de caelo)* per -es ... campos.

***albeolus,** -a, -um. (albus) *albus – weiß:* PAUL. ALBAR. carm. 6,5 lilia. *Baader*

***albergamentum,** -i *n. script.:* abe-: *passim praeter l. 48.* -eria-: *l. 47.* -gem-: *l. 43.45.50.*

possessio vel mansio pro censu locata – Zins-, Pachtgrundstück, verpachtetes Anwesen: CHART. Laus. 77 (a. 1217) dederunt ... capitulo ... abergementum Anselmi *eqs.* 218 capitulum dedit Ugoni ... abe-um ... ad tale servicium, quale debebat *eqs.* 253 si predictus P. recederet ab abergemento capituli. CONO LAUS. gest. 20 *episcopus* emit ... Iohannem ... et W., fratrem suum, et eorum aberiamentum *eqs.* CHART. Bern. II 236 p. 251,11 -um, pro quo ... decem solidi debebantur. 364 p. 388,30 dedimus ... in titulum ... allodii quoddam abergementum. *al. in hac regione.*

***albergaria,** -ae *f. script.* arb-: DIPL. Loth. III. 103 p. 166,41. *v. et l. 58.*

1 *hospitatio – Einquartierung:* DIPL. Otton. III. 383 p. 811,26 ut in castello ... nullus ... -as faciat publicas *(inde* DIPL. Conr. II. 84 p. 115,4). 2 *servitium vel ius hospitii, parata – Herbergsleistung, Herbergsanspruch, Beherbergung (cf. Dt. Rechtswb. V. p. 738):* DIPL. Conr. II. 163 porcos arimannorum et arb-as ... ut ... exigant *episcopi.* GREG. CAT. chron. II p. 166,21 refutaverunt ... -as. DIPL. Heinr. V. (ed. Muratori, Antiq. IV p. 25[c]) -am ... civitatis ... eis remittimus. DIPL. Loth. III. 46 p. 77,4 concedimus ... homines ... immunes esse ab omni -a. CHART. Ulm. 10 p. 19,20 (dipl. Conr. III.) cum ... districtibus, -is, honoribus. CHART. Chemnit. 304 p. 266,6 (dipl. Frid. II.) nec ab advocatis ... in -is vel in aliis ... servitiis graventur *abbas et monasterium.* CHART. Rhen. med. III 261 p. 215,17 ab hominibus ... villarum non accipient -as. ACTA imp. Winkelm. I 188 p. 168,3 donamus ... ius nostrum in fodro, -is ... et ceteris functionibus ad regalem iustitiam pertinentibus. CHART. Turic. 1179 p. 270,33 requirant ... nec -as nec aliquod genus famulatus. *al. census vice hospitii praestandus – Herbergssteuer:* ACTA imp. Winkelm. I 38 p. 34,43 (a. 1210) volumus ... monasterium ab omni datione, functione, -a, pedigaria ... liberum esse. COD. Wang. Trident. 118[c] p. 270,28 fodrum, collectum, -am seu alicuius pecuniae dationem extorquere. CHART. Tirol. 863 cum colta, ficto, -a, drito. 1088 p. 131,12 collectam, -am seu aliquod aliud scufium dare nec facere nec solvere teneantur. *al.* 3 *castrum – Heerlager (fere plur.; sing. l. 8):* OTTO MOR. hist. p. 15,17 tentorium ..., quod in capite -e versus Papiam fuerat. IOH. CODAGN. annal. a. 1217 p. 61,11 prope Rumanengum castrum Cremone suas fixere -as. a. 1229 p. 95,13 in campanea ... suas posuerunt -as. a. 1231 p. 105,37 collectis tentoriis et -is conbustis. ANNAL. Ianuens. IV p. 19,24 prope -as Pisanorum ... imposuerunt castra sua. p. 20,10 relictis -is cum temptoriis et omnibus guarnimentis. *al. v. et* *herbergaria.

***albergarius,** -a, -um. *ad servitium hospitii pertinens – zur Herbergsleistung gehörig:* DIPL. Heinr. V. (ed. Affo, Storia di Parma. II. 1793/94. p. 343) paratas aut operas -as vel aliquam publicam exactionem quaerere. CHART. Ital. Ficker 199 p. 253,41 duo prandia et cena -a. *subst. neutr.: servitium vel ius hospitii – Herbergsleistung, Herbergsanspruch:* ACTA imp. Stumpf 350 (a. 1159) omnia regalia, placita, districtus et -a ... nobis ... adiudicata sunt.

***albergator** (abe-), -oris *m. conductor – Pächter:* CHART. Laus. 682 p. 548,35 (a. 1223) tali ... modo ille burgensis sive abe-r suus ... erga ipsum prepositum ... teneatur.

***albergo,** -avi, -atum, -are. *(germ.* *haribergôn; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. XVI. p. 158sqq.) script. et form.:* ha(l)b-: CHART. Laus. 253. *v. et l. 53.* abe-: *l. 43.51.52. 54. al.* (h)arb-: *l. 42.48.* arip-: *l. 34.46.* arib-: *l. 35.47. al.* -ri(o): *l. 51.52.53. al. depon.: l. 57.59.*

1 a *devertere, hospitari – einkehren, Quartier nehmen:* DIPL. Otton. II. 281 p. 328,21 in castellis, villis ... aripergare *(inde* DIPL. Otton. III. 375 p. 803,13 arib-. *al.*). LEG. Lang. p. 560[a],12 (= CAPIT. reg. Franc. 224,3) neque comes ... per suam forciam in mansionem arimanni sui applicet (gloss.: id est -at). CHART. Ital. Ficker 116 p. 160,16. CHART. Tirol. 711 in dicta domo nullus meresscalcus ... episcopi -are seu hospitare non debeat. b *hospitio suscipere – beherbergen, aufnehmen:* DIPL. Heinr. IV. 170 ut nullus ... in eorum domos arbergare (harb- *B*), toloneum ... dare ... eos cogat. CHART. Laus. 316 equos domini ... abergare. 2 *albergariae subicere – mit Herbergsleistung belegen (cf. Dt. Rechtswb. V. p. 739):* DIPL. Otton. II. 283 p. 330,44 servos et colonos ... aripergare. CHART. Bund. 259[a] (dipl. Heinr. V. [spur. ?]) ut hostem non faciant, aribergati non fiant *(inde* DIPL. Otton. I. 246 [spur. post 1116] arbergati non essent). 3 *collocare, imbeneficiare – als Pächter aufnehmen, ansiedeln, belehnen:* CHART. Laus. 160 (a. 1225) qui *(homines)* super terram erant abergati. 361 qui in ea *(terra)* aberiavit ... Iohannem. 457 capitulum abergavit eum de quodam casali ... et aberiavit eum de quadam vinea. 458 capitulum in eo *(casali)* haberiavit predictum P. 682 p. 548,30 burgensem abergare ... infra villam. *ibid. al.* 4 *castra metari – Heerlager aufschlagen, lagern:* IOH. CODAGN. annal. a. 1216 p. 54,22 milites ... apud villam Sarmati -verunt. trist. p. 24,30 -ti sunt circa Casiolum. ANNAL. Plac. a. 1236 p. 474,25 Cremonenses ... super flumine ... -ti residebant. ALBERT. MIL. temp. 207 imperator -vit super Renum. *al. v. et* *herbergare.

***albergum,** -i *n. script.:* arb-: *l. 70.* alip-: *l. 68.* -gium: *l. 72.*

1 *census vice hospitii dandus – Herbergssteuer:* CHART. Ital. Ficker 244 p. 291,29 (a. 1210) si ... dabit dativam vel -um ..., det XV libr. ... et sit absolutus ab ... servitiis (*cf.* p. 291,14). 2 *castrum – Heerlager (cf. Dt. Rechtswb. V. p. 735):* CATAL. reg. Lang. (MGLang. p. 492,32) implevit alipergum de diversis bonis. *ibid. iterum.* 3 *possessio, mansio, domicilium – Besitz, Anwesen:* CHART. Helv. arb. 95 p. 153,30 (a. 1266) tradat titulo pignoris ... dimidiam arbergi. 123 p. 191,12 assettamus ... usagia, que h⟨ab⟩emus ... rac⟨i⟩one -gii. 134 p. 207,16.21. 4 *parentela – Sippe:*

[Pape]

ANNAL. Ianuens. IV p. 71,16 Obertus ... cum ... quibusdam iuvenibus de -o suo *(cf. notam ed.)*. *v. et* *haribergum.

alber(i)us *v.* albarus. *Pape*

albesco, -ere. I *sensu incohativo vigente:* A *proprie:* 1 *album fieri – weiß werden:* MAPPAE CLAVIC. 285 donec *mel* -at. ABSAL. serm. 27 p. 161B quamdiu vident eos *(pullos corvi)* -ere. CHART. Livon. A I 40 multiplicata ... messe fidelium et regionibus circumquaque -entibus iam ad messem *(cf. p. 432,15)*. ALBERT. M. animal. 2,112 semen, quod in ipsis -it testiculis. 6,46 -unt (*p.* 563a,25 λευκαίνεται) alae. 15,109 menstruum -it. 22,110 quidam eorum *(leporum)* hyeme -unt. HUGO TRIMB. sols. epil. 251 canis ... -it *senex. al. c. sensu maturitatis:* LAMB. WAT. annal. a. 1159 p. 532,15 -entibus messibus prae maturitate. *in imag.:* SEDUL. SCOT. carm. 2,50,53 perfide, crede Deo, si vis -ere, corve. ABSAL. serm. 27 p. 161C si ... criminosum subditum praelatus videat -ere, hoc est seipsum iustificare. 2 *pallescere – bleich werden:* EPIST. Hann. 79 p. 128,15 -unt maxillę. 3 *(ex)candescere – (weiß)glühend werden:* GEBER. summ. 2,37 in qua *(ignitione)* non -it omnino corpus. WILH. SALIC. chirurg. 5,1 p. 356D quod videantur *instrumenta* -ere in igne. B *translate i. q. illucescere – hell werden:* EINH. Marc. et Petr. I 1,14 -ente caelo. TRANSL. Libor. 25 -ente polo roseum aurorae iubar illuxit.

II *sensu incohativo evanido:* A *proprie i. q. album esse – weiß sein:* ANGILB. carm. 10,3 (MGPoet. II p. 139) albent campi vestimentis mortuorum lineis velut solent in autumno -ere avibus. CARM. Bur. A 185,3,1 p. 247 -it primus *(latrunculus ludi scachorum)*, rubet ... secundus. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 127,10 albi *girofalcones* plus -unt circa pectus. B *in imag. et translate i. q. splendere – (hell) leuchten:* HILDEG. scivias 3,6 p. 639C induitur tunica alba ..., quoniam circumdata est *imago* fidelibus operibus in coelesti desiderio -entibus. HONOR. AUGUST. cant. 1,4 p. 368C dicitur ecclesia formosa, quia in igne tribulationis excocta martyribus rubescit, virginibus -it. ARNOLD. LUB. Greg. 2,399 -unt illi *(iuveni)* nimio candore capilli. *al.*

adi. **albescens,** -entis. *albus – weiß:* PASS. Ursulae 19 p. 156,8 coronam -bus liliis et rubescentibus rosis intertextam. TRACT. de aegr. cur. p. 138,45 urina lactea et spissa vel -s et spissa.

(***albetio,** -onis *f.* ALBERT. M. eth. 9,2,3 p. 574b,9 si albedinem vel calorem verbali nomine significaremus fingentes nomen, quo Latine caremus, dicentes '-o' vel 'caletio', quod nihil aliud est nisi fluxus albedinis vel caloris vel albedo fluens.)

albeus *v.* alveus.

***albica,** -ae *f.* (albus) *piscis quidam albus – Weißfisch:* REGIMEN san. Sal. 86 saxaulis et -a. *v. et* *albella, albulus.

1.*albicium, -i *n.* (albus) *genus ferculi, fort. oxygala – Gericht, viell. Buttermilch (cf. Diefenbach, Gloss. s. v.* albucium): CHART. Brem. 67 p. 77,19 (s. XII.ex.) ultimum ... ferculum sit -um.

2. albicium *v.* alopecia.

albico, -are. *script.* -ig-: *l.* 61. 1 *proprie i. q. album esse – weiß sein:* CONFL. ovis et lini 502 eius *(sacerdotis)* utraque manus ... de lino factis -at exuviis. RUD. TRUD. gest. 1,12 p. 235,41 licet canus *episcopus* toto -ret capite. 2 *translate i. q. splendere – glänzen:* RHYTHM. 149,360 Eligius ... insigni -gat lumine *in caelo.* SEDUL. SCOT. carm. 2,2,12 -et ecclesiis splendida doxa tuis. 2,42,9 *ecclesia* -at in specie, picto micat ipsa decore.

adi. **albicans,** -antis. *albus – weiß:* VITA Antonini Surr. 29 renitentem -is ligni gratiam. EPIST. Teg. I 5 cum undosa hiemps ... soleat in lapides rigescere -es. RUD. TRUD. gest. 6,4 *fratres* surgentes ... ad matutinos sicut se -es nive super vestimenta sua inveniebant.

albicolor, -oris. *albo colore praeditus – weiß(farben):* VITA Agnet. 54 unda ... -r *(i. lac)*. MIRAC. Leutfr. (MG Mer. VII p. 17,18) cervam. MISSA Cass. 7b,1 (MGPoet. IV p. 235) cuius *(Cassiani)* -r petra sepulcri ostendit labari chroma rubentis. HONOR. AUGUST. spec. p. 958B est avis -r, quae caradrius vocatur. *al.*

***albiculus,** -a, -um. *albus – weiß:* COSMAS chron. 1,4 p. 12,23 milvum.

***albidio** *v.* *albizo.

albidulus, -a, -um. 1 *albus – weiß:* ERMOLD. Ludow. 4,360 Caesar ... Heroldum suscepit ab undis, vestibus -is ornat. 2 *pallidus – bleich:* EKKEH. IV. cas. 125med. oculis transversis labiisque -is vident praemortuum.

albidus, -a, -um. *compar.: l.* 26. 1 *proprie:* a *albus, ad albedinem vergens – weiß, weißlich (cf.* GLOSS. III 201,44 St.-S. -us blanc): CARM. ad Hadw. (cod. Vat. reg. 421 f. 21r) de lino contexitur -a sindo. GESTA Apoll. 596 capitis nix -a cani. THEOD. TREV. transl. Celsi 20 ossa exsucta et -a. ALBERT. M. veget. 6,108 *folia fraxini* -am habent viriditatem. animal. 1,133 capilli ... flavi et crassi -i. 1,147 *oculi* glauci et -i timidum designant. 19,15 *vegetabilia* in prima nativitate ... sunt -a et ... deinde virescunt. *al. subst. neutr.:* SEDUL. SCOT. carm. 2,81,7 -a pallescunt, misero marcentia vultu. *subst. masc. i. q. equus albus – Schimmel:* GLOSS. III 78,69 St.-S. -us blâncros bleichrôs. b *(spumā) albescens – (weiß)schäumend:* RHYTHM. de Pipp. 5,2 (MG Poet. I p. 116) super flumen -um (*ci. Pertz*, albi *cod.*) Danubium. c *pallidus – bleich:* EPIST. Hann. 27 p. 62,4 labra situ -a. 2 *translate i. q. lucidus – (hell) glänzend:* CARM. de Bened. 241 *Benedicta* cristallo -ior.

***albificatio,** -onis *f.* 1 *actio albescendi – das Weißwerden:* ALBERT. M. phys. p. 386b,31 si dicamus Socratem alterari secundum unam et eandem speciem alterationis, quae est -o. 2 *alch. i. q. actio in argentum mutandi – Umwandlung in Silber:* ANON. tab. p. 156,24 opus secundum est -o ⟨et rubificatio⟩. Ps. CALID. secret. 1 p. 185a,67.

***albifico,** -are. 1 *album reddere – weiß machen:* TRACT. de aegr. cur. p. 182,29 aliud dentes -ans. Ps. GALEN. anat. 1 p. 167D membra alba -ant materias, quas convertunt sicut mamillae lac. THEOD. CERV. chirurg. 3,6 p. 160E lithargyrum ...-etur. ALBERT. M. sens. 2,2 p. 47a,44 lumen retinetur in perspicuo humido ... et -at ipsum. veget. 3,64 calidum ... -at corpora terrea. animal. 1,414 sperma digeritur et -atur. *al.* 2 *albo colore illinere – weiß tünchen:* ARNOLD. SAXO fin. 4,7 p. 84,34 pone condisi et opium vel iusquiamum in albedine calcis, deinde -a domum cum ea. 3 *alch. i. q. in argentum mutare – in Silber umwandeln:* Ps. CALID. secret. 1 p. 184b,30 artificium maius sunt quatuor magisteria ..., videlicet solvere, congelare, -are et rubificare.

***albificus,** -a, -um. *albus – weiß:* RHYTHM. 149,410 *(de caelo beatorum)* ut nunc amictus -a veste decantet verba.

***albifluus,** -a, -um. *albus – weiß:* CARM. de conv. Saxon. (MGPoet. I p. 381) corvos vertit in -as ... columbas.

***albiger,** -geri *m. latrunculus albus (in ludo tabellari) – weißer Stein (beim Brettspiel):* CARM. Scot. II 1 sol. 4,7 -i similes sic certant tramite trino.

albigo *v.* albico, albugo. ***albilla** *v.* *albella.

***albinga,** -ae *f.* (albus) *farfara – Huflattich (Tussilago farfara L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 287):* GLOSS. Roger. I B 1,10 (1,12) p. 529,38 -am, id est ungulam caballinam. *v. et* *albuga.

albinus, -a, -um. 1 *adi.: albus – weiß:* CARM. Bur. A 177,4,6 p. 238 vinum et -um et rufinum. 2 *nom. propr. (ioculariter de martyre quasi nummos argenteos figurante):* GARS. tract. 1 p. 425,31 quo tempore ... pontifex ... martirum corpora, A-i videlicet et Rufini, Romam transferret. LAND. MEDIOL. hist. I 3,31 p. 98,7 ossibus A-i et Rufini sparsis. BERTH. ZWIF. chron. 38 p. 260,18 martiris A-i nec non et membra Rufini si quis habet. CARM. Bur. B 39,3,3 quidam colunt A-um et diligunt Rufinum *(v. comm. ad l.). al.*

***albios oculus** (albioculus *ci. Diez al., cf. O. Deutschmann, RomJb. 1. 1947/48. p. 137sqq.*) staraplinter GLOSS. III 12,16 St.-S.

albiston *v.* asbestus.

[Baader]

***albizo** (-idio), -are. *albidum esse – weißlich sein:* COMPOS. Luc. P 20 herba subtilis, ramosa, spina involuta, -diante.

albo, -avi, -atum, -are. **1** *proprie:* **a** *albo colore illinere – weiß tünchen:* LEG. Lang. p. 176,8 de muro -to. HEINR. AUGUST. planct. 1413 aeri vel stagno par -toque sepulchro (*cf. Vulg. Matth. 23,27* sepulchris dealbatis). CHART. Brixin. 166 p. 177,13 licenciam ... ecclesiam ... murandi, -andi. **b** *album reddere – weiß machen:* ALBERT. STAD. Troil. 5,452 *vir* -at sanguineos excerebratus agros. ALBERT. M. veget. 4,138 per quod *(humidum perspicuum)* -ari possit. animal. 3,161 *sperma* in testiculo -atur. 12,145 lac, quod est -tum et decoctum in mamillis. **2** *translate:* **a** *lucidum reddere – leuchtend machen:* EKKEH. IV. pict. Mog. 6 prima lux -vit. **b** *in caelum accipere – verklären:* *v. p. 424,5.* *v. et* albatus.

albor, -oris *m.* *script.* -ur-: *l. 31.* *plur.: l. 28.30.*

I *proprie i. q. color albus – weiße Farbe:* PAUL. ALBAR. carm. 9,107 iacintus ... renobans -e redemtos. NOTKER. BALB. carm. 8,3 p. 140 quando per -em corvorum germina sordent. ALBERT. M. animal. 3,115 calidum in terrestri sicco inducit primo -em et tandem obscuritatem.

II *meton.:* **A** *natur.:* **1** *macula alba – weißer Fleck:* ANTIDOT. Augiens. p. 46,16 folia rosarum sine -e tundis. **2** *substantia alba – weiße Masse:* NOTKER. BALB. gest. 1,15 erugine proiecta -e casei vescebatur. **3** -r oculorum *i. q. album oculi – das Weiße des Auges:* AESCULAPIUS 3 p. 5,17 ut -r tantum oculorum videatur. 19 p. 25,20 -es oculorum lucidi fiunt vel albidi. **4** -r ovi *i. q. albumen ovi – Eiweiß:* ANTIDOT. Bamb. 34 ovi -es. ANTIDOT. Glasg. p. 153,16 ovi alburem. MAPPAE CLAVIC. 45. *al.* **B** *vestis alba – weißes Gewand:* TIT. metr. III 7,29 angelicos homines -e micantes *(cf. Vulg. Ioh. 20,12).*

albucium (-tium), -i *n. vel* **albucius**, -i *m.* *script.:* balb-: *l. 41.* barb-: *l. 41.*

1 *asphodelus – (gelber) Affodill (Asphodeline lutea Rchb., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 474sq.):* DYNAMID. Hippocr. 2,100 asphodelos, hoc est -um. 2,118 balani sementes mittit *bryonia* quasi -us. IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 4b^{v} affodili, centum capita, -tium. ALPHITA I p. 273,16 affodillus, balbutium (barbutium *var. l.*, albucium II p. 3,10), centum capita. **2** *radix asphodeli – Affodillwurzel:* ANTIDOT. Lond. p. 19,27 asfudelli radice, id es⟨t⟩ -tio, qui in monte nascitur.

***albuga** *(f.)* (albus) *farfara – Huflattich (Tussilago farfara L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 287):* GLOSS. III 549,31 St.-S. -a i. ungula caballicia huflatiche. *v. et* *albinga.

?*albugena, -ae *f.* *sal ut vid. – etwa 'Salz':* ANON. lum. p. 65,4 acceptum ... modum de -is contere, exprime et sicca eas.

***albuginarius**, -a, -um. *suffusione oculorum affectus – vom grauen Star befallen:* WOLFHARD. Waldb. 2,3 (2) dum ... mala -a, quae vulgo perulas nuncupamus, obnoxia pateretur.

***albugineus**, -a, -um. **1** *adi.:* *albidus (sc. albedinem oculi significans) – weißlich (nämlich das Kammerwasser bezeichnend):* Ps. COPHO anat. 99 humor *oculorum*, qui prius exierit, dicitur -us. BENVEN. GRAFF. ocul. B 3 p. 11,2 primus *humor* dicitur -us, qui similis est albugini ovi (ALBERT. M. animal. 1,199). FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 68,15 nigredo pupille in talibus *(falconibus nigrorum oculorum)* intensior est nigredine -i humoris *(cf.* ALBERT. M. animal. 1,205 quinta causa *nigredinis oculorum* est, quia forte nimis habundat -us *humor).* ALBERT. M. animal. 1,204 tertius *humor oculorum* est -us, qui est purgamentum glacialis *humoris* (*cf.* 1,200. 201. 19,14). WILH. SALIC. chirurg. 1,10 p. 307^{A} qui *(locus)* est ... inter humorem christallinum et -um. 4,1 p. 19,14sq. **2** *subst. fem.:* *humor albugineus – Kammerwasser:* Ps. GALEN. anat. 1 p. 168^{D} -a, quae clara est valde et subtilis.

albuginosus, -a, -um. *albus – weiß:* ALBERT. M. sens. 1,13 p. 32^{b},39 *(de oculo)* nisi esset circum munitum -o humore. animal. 6,14 ova duarum esse humiditatum, -ae quidem et citrinae.

albugo, -inis *f.* *script.:* -pug-: *l. 22.* -big-: *l. 25.* -bag-: *l. 26.* -buig-: *l. 36.* *plur.: l. 24.*

I *natur.:* **A** *substantia alba – weiße Masse:* HILDEG. phys. 3,59 aer ... quamdam -em dimittit; de illa ergo sysemera collige. **B** -o (oculi) *i. q. album oculi, humor albugineus – das Weiße des Auges, Kammerwasser (cf.* GLOSS. III 353,52 St.-S. -o daz wize. 362,27 -o witouga): HILDEG. vit. mer. 1,21 -em oculorum magis quam pupillas extorserat. BENVEN. GRAFF. ocul. B 3 p. 11,14 primus humor *oculi* est iste, quem Iohannicius vocat -em *(cf. p. 429,57sq.).* BRUNUS LONG. chirurg. 2,1,9 p. 120^{G}. ALBERT. M. animal. 1,139. *al.* **C** -o (ovi) *i. q. albumen ovi – Eiweiß (cf.* GLOSS. III 493,4 St.-S. -o wiza des eies): THEOPH. sched. 1,24 tolle clarum, quod percutitur ex -e ovi. HILDEG. phys. 1,185 vitellus ovi salubrior est ad comedendum quam -o eius. TRACT. de chirurg. 724 -o ovi et abscinthium et alia mitigatoria. ALBERT. M. animal. 17,23. *al.* **D** *humor albus – weiße Flüssigkeit:* TRANSL. Athan. Neap. 12 coepit ex eis *(oculis)* quasi -o decurrere.

II *medic.:* -o (oculi) *i. q. suffusio oculorum, cataracta – grauer Star:* **A** *proprie (cf.* GLOSS. I 272,37 St.-S. daz uuiza in demu augin. 479,39 houvisal. II 15,66 claucoma -o vel giluh. 220,66 alpuginem den huuizun cincun. 225,13 klasaugi. IV 167,44 cinco vel oucstal. V 46,6 fli): GLOSS. med. p. 18,7 celidonia ... ulcera in oculos et asperitudines sive -es extenuat. ANTIDOT. Cantabr. p. 161,24 ad caliginem et albiginem oculorum. p. 161,31 ad albaginem et nebulam oculorum. RATHER. epist. 3 p. 26,1 quod facit -o in oculo, hoc adulatio in corde stulti. RANGER. Anselm. 7033 perdiderat civis -e lumen ocelli. HILDEG. caus. 2 p. 93,32 de oculorum -e. BENVEN. GRAFF. ocul. B 10 p. 30,9 que *(medicina)* valet contra -em (albedinem A p. 27^{a},34) occulorum. CHART. march. Misn. III 468 p. 323,38 cui -o de oculis excreverat. GLOSS. Roger. I A 3,6 p. 669,1 -o ... est macula inveterata (*syn.* catharacta). ALBERT. M. veget. 6,96 haec lotura abstergit pannum oculi et -em ipsius. *al.* *remissius (cf. p. 424,61sqq.):* MIRAC. Hucberti 1,8 ab eius decidente oculis albuigine ([albugine *2*]. *sim.* CONR. MEND. Attal. p. 152,44). **B** *in imag. vel translate:* EPIST. var. II 20,9 ut ... ab -e contracta arrogantiae ... oculos tergant. RATHER. prael. 6,25 p. 340^{B} tanta noxiae consuetudinis a meipso obnubiler -e. ALBERT. M. euch. 3,1,4,1 p. 248^{b},5 quae *(fellea amaritudo)* extergit -em spissam, quam nobis ante oculos vanitas mundi posuit *(spectat ad Vulg. Tob. 6,9). al.*

albulus, -a, -um. **1** *adi.:* *albus – weiß:* CHART. Austr. sup. II 11 p. 16,1 (a. 849) in vernali tempore, quando -i pisces coeunt. **2** *subst. fem. et neutr.:* *suffusio oculorum, cataracta – grauer Star:* ANTIDOT. Sangall. p. 99,22 ad -as in oculo. CHIRURG. Sudhoff I p. 14,27 -e oculorum sic excu[cu]ciuntur (p. 16,16). VITA Anselmi Luc. 53 cui *(mulieri)* -um unius oculi lumen penitus abstulerat.

album *v.* albus.

1. albumen, -inis *n.* **1** *natur.:* **a** -n (ovi) *i. q. albugo ovi – Eiweiß:* ANTIDOT. Glasg. p. 111,24 cum -n de ovum teris. p. 111,45 -a ovarum ... inicias. MAPPAE CLAVIC. 69 fac ex -e ovorum ... medicamen. Ps. ODO MAGD. herb. 285 donec *liquor salicis* ... teneat facto velut ex -e filo. TRACT. de chirurg. 517 cum -e ovi despumato vel distemperato. GLOSS. Roger. II 475 -n ovi, cum frigidum sit naturaliter, non debet apponi arterie. NOTULAE Wilh. Cong. 75 -n ovi in principio ponitur ad mitigandum et mundificandum et repercutiendum. ALBERT. M. animal. 3,122. *saepe.* **b** -n oculi *i. q. album oculi – das Weiße des Auges: v. p. 435,1.* **c** *pulpa – Fruchtfleisch:* COMPOS. Matr. 74,1 tollis acetum eius *(citri)* et miscis cum -e citri. **2** *medic.:* -n (oculi) *i. q. suffusio oculorum, cataracta – grauer Star:* GLOSS. med. cod. Trev. p. 130,18 ad -n oculorum. *remissius:* EKKEH. IV. bened. I 30,32 ut cadit -n, redit illi *(Paulo)* concite lumen *baptismo* (30,34).

2. albumen *v.* alumen.

***albumitas**, -atis *f.* (albumen) *virtus albuminis ovi propria – eiweißartiger Charakter:* BENVEN. GRAFF. ocul. B 3 p. 12,23 albugineus *humor oculi* ab -e dicitur.

[Baader]

alburnus, -a, -um. *?script.* albur(us): *l. 5.* **1** *proprie i. q. albus – weiß:* ABBO SANGERM. bell. 3,89 -is (gloss.: albidis) albent pomis ... apofereta. *fort. huc spectat:* Ps. GERH. CREM. sept. p. 327,13 sumas de capillis rubeis et nigris et alburis. **2** *translate i. q. lucidus – glänzend:* EPIST. Aldh. 3 propter -um dictricis Romaniae decorem.

alburus *v.* alburnus.

albus, -a, -um. *script.* -lv-: *l. 58.69. p. 434,11. compar.:* COSMAS chron. 1,41 p. 76,24. *v. et p. 432,31. superl.: l. 14.64.*

I *proprie i. q. candidus, albidus, canus, cereus – weiß, weißlich, weißgrau, weißgelb:* **A** *de anim. et partibus corporis:* **1** *de bestiis:* **a** *spectat ad pellem:* DIPL. Heinr. II. 427 p. 545,30 equum unum -um faleratum (*sc. papae; cf.* VINC. PRAG. annal. a. 1161 p. 679,19 equum ... -issimum ornatum). ADAM gest. 4,32 p. 267,4 martures -os eiusdemque coloris ursos. BERTH. ZWIF. chron. 10 p. 174,12 cappam nigram -os boves habentem intextos. ALBERT. M. animal. 22,123 *mures. al. alleg.:* ANSELM. HAV. dial. 1,7 equus -us primus est status ecclesiae *(cf. Vulg. apoc. 6,2).* **b** *spectat ad pennas:* SALOM. II. epist. p. 415,18 merulam. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 9,21 ambe species ciconiarum, scilicet -e et nigre. 5 p. 123,20 ale de aironibus -is et cinericiis. ALBERT. M. animal. 8,111 asturem ... valde antiquum et quasi -um factum ex multa antiquitate. 19,39 pavi. 23,65 falco. *al. alch.:* ALLEG. sapient. 1 p. 468^{b},33 lacte -i volatilis. **c** *proverb. de impossibilitate vel raritate:* EGBERT. fec. rat. 1,250 delusor promisit apes ... -as. 1,1276 -us erit corvus *magister*, si strenuus exit alumnus (FROUM. carm. 19,37. ANNAL. August. I a. 1086 p. 132,25. *cf.* NIVARD. Ysengr. 3,655 cornix). **2** *de hominibus:* **a** *spectat ad cutem:* ALBERT. M. animal. 3,178 mulierum -arum (9,63). **b** *spectat ad vestimenta:* ALDH. virg. II 1668 *(de sanctis)* grex (*cf.* HROTSV. Gong. 487 cuneis). *de habitu monachali:* VITA Norb. I 14 p. 686,48 *(in convicio)* -o cane *(de ordine Praemonstratensi ut* FUND. Osterh. [MG Script. XV p. 1106,3] -is canonicis). DIAL. cler. et laic. p. 321, 29 monachi grisei, -i, nigri (*sim.* CONST. II 428II,17). CHART. civ. Erf. 220 p. 137,8 *(de ordine canonico s. Augustini)* collegio sanctimonialium dominarum -arum. *nota de ordine Cisterciensi:* HUGO TRIMB. laur. 134 Godehardus cum grege nos -o precibus compaginet -o. **c** *spectat ad negotium:* CHART. Lub. II 31 p. 28,15 (a. 1259) Meineko et Ludeko cerdones -i *(theod. 'Weißgerber').* **d** *nom. propr.:* CHART. Turic. 212 p. 103,20 (a. 968) Erich Albus. TRAD. Frising. 1293. CHRON. Afflig. 3 Gerardus, qui dicebatur Albus. CHART. Eichsf. 213 p. 128,28 Otto Albus de Botenstein. ALBERT. STAD. annal. a. 1112 p. 320,6 comitem Ethelerum Album. *saepe.* **3** *de partibus corporis:* AETHICUS ISTER 63 p. 42,31 *Albani*, quia -o crine nascuntur. LIUTG. Greg. 15 p. 79,6 lanae. HROTSV. Mar. 362 digitos. COSMAS chron. 3,24 in -o ebore. CHART. Westph. VI 605 porcionem de digito sancti Magni martiris -am. ALBERT. M. animal. 1,517 *cerebri substantia* est mollis, -a, humida. 1,621 cutis ... est -ae substantiae. WILH. SALIC. chirurg. 4,4 p. 34,19 a carne glandulosa et -a. *al. alleg.:* ALEX. MIN. apoc. 1 p. 17,15 -us, id est immaculatus et innocens agnus per -am lanam designatur *(cf. Vulg. apoc. 1,14). flavus – blond:* WALTHARIUS 750 crines. **B** *de rebus:* **1** *de plantis et earum partibus:* ANTIDOT. Sangall. p. 89,34 gumen alvu. IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 30b^{v} piper aliud -um, aliud longum, aliud nigrum et rotundum. REGISTR. abb. Werd. 8,1 p. 249,6 XXX mo⟨dios⟩ leguminis nec -i nec nigri, sed inter utrumque. ALBERT. M. veget. 2,142 -us *color in floribus* ... causatur ex luminoso aqueo humido. 4,118 communiores ... colores arborum sunt viridis et -us. 4,137 quae *(ulmus)* est -issima. 4,138 ligna sunt quaedam nigra et quaedam -a. 6,3 resina. 6,251 uva ... est -a et rufa et nigra. *saepe. in nominibus plantarum:* ARBEO Emm. 22 in quodam arbore vulgari locutione spine -e. ANTIDOT. Glasg. p. 156,13 cicer. p. 159,3 marrubii alvi. ANTIDOT. Cantabr. p. 160,40 elebore. p. 162,24 costum. DYNAMID. Hippocr. 1,62 crinus leucus, hoc est lilium -um. DIAETA Theod. 50 papaver. GLOSS. III 198,1 St.-S. dictamnum -um wizuurz. 472,26 vitis -a i. liela. 475,41 mentastrum, -a menta, rosseminz vel fiscminz. 541,44 fulphu i. piper -um wizphephir. 559,29 kardus -us woluesmilch. TRACT. de aegr. cur. p. 174,21sq. ligni -i ... sandali -i. ALPHITA I p. 285,46 cor -um, -um abietis, agaricus idem. ALBERT. M. veget. 6,163 camomillae. 6,213 rosa. *saepe.* **2** *de terris, lapidibus sim.:* HUGEB. Willib. praef. p. 88,1 *(de pergamena)* per -as camporum planities. WALAHFR. carm. 54,31 Parium. 83,9,1 -a civitas *(theod. 'Weißenburg')* sacris decorata gazis. MAPPAE CLAVIC. praef. p. 187,11 sulfuris -i aut crocei coloris. 283 lapides -os et rotundos IIII uncias. THANGM. Bernw. 8 p. 761,37 *(de musivo opere)* -o ac rubro lapide. THEOPH. sched. 2,5 lutum. 3,22 ollae. DONIZO Mathild. 1,94 Canossa. HILDEG. phys. 2,11 terra, quae -a, scilicet quae pallida est et arenosa. CHART. Pruss. I 4 p. 3,23 quod regio illa -a esset ad messem (53 p. 39,36; *cf. Vulg. Ioh. 4,35). al. alch.:* ROSIN. def. p. 316,23 recipe lapidem, qui est niger, -us, rubeus, citrinus et avis mirabilis. *proverb. c. sensu prosperitatis:* CHRON. Merseb. 2 p. 171,25 dies alma illuxit seculo -o a nobis assignanda calculo (*cf.* EGBERT. fec. rat. 1,219 res ... insolitę carbone notantur; olim prosperitas calculo numeratur in -o). *de vitro:* HERACLIUS I 19,1 vitrum (THEOPH. sched. 2,12.23). CHART. Rhen. med. III 885 p. 662,22 fenestre ... sive picte sive -e. **3** *de metallis:* **a** *de metallis impermixtis:* GEBER. summ. 1,18 plumbum utrumque, lividum scilicet et -um. CHART. Eichsf. 299 p. 172,18 ducentas marcas -i argenti. **b** *de fusionibus metallorum:* COMPOS. Luc. M 21 eramen. MAPPAE CLAVIC. 77 eramentum. 85 eris (EPIST. Teg. I 112^{b}). **c** *de monetis argenteis:* CHART. Livon. A I 20 p. 27^{a},22 (a. 1211) denarii -i erunt et dativi. CHART. Pruss. II 302 p. 220,11 quod quevis marca fertone sit -a vel -ior. **d** *de pigmentis:* MAPPAE CLAVIC. praef. p. 188,12 minium rubeum vel -um. p. 188,28 de -o plumbo (HERACLIUS II 24 p. 71,20). *al.* **e** *alch. in nomine ficticio argenti vivi:* TURBA phil. 12 p. 121,1 fumus (gloss.: lac virginis) ille -us est et omnia dealbat *(Collection des anciens alchimistes grecs. ed. M. Berthelot. II. 1888. p. 51,1* ὁ γὰρ καπνὸς τοῦ θείου; *sim.* MORIEN. ROM alch. p. 518^{b},45 fumus ... -us est argentum vivum. GEBER. clar. 2,11). 58 p. 161,22 arborem. **4** *de humoribus superfluis:* TRACT. de caus. mul. 23 ad decursione⟨m⟩ matricis -a⟨m⟩. Ps. GALEN. febr. 99 urina ... cum nebulis -is et furfuribus supernatantibus (*cf.* MAURUS urin. II p. 6,10 -us *color urinae* est sicut aqua clara). ALBERT. M. veget. 6,273 anisum ... purgat matricem a fluxu humiditatum -arum. animal. 2,110 viae *testiculorum* ... sunt plenae semine -o. *saepe.* **5** *de morbis:* BENEDICTIO ocul. (NArch. 13 p. 667,13) si *macula in oculo* -a est. HILDEG. phys. 1,23 qui -am lepram, scilicet quedick habet. BENVEN. GRAFF. ocul. B 4 p. 13,2 que *species cataractae* est -a sicut purissima calx. ALBERT. M. veget. 6,429 super morpheam -am. **6** *de vestimentis:* ALCUIN. epist. 134 p. 202,29 *(de baptismo)* -is induitur vestimentis. NOTKER. BALB. gest. 2,9 p. 63,9 pallia Fresonica -a, cana. ARS med. 3 p. 420,14 vestes ... -as induat *medicus.* CONSUET. Trev. 42 p. 41,2 facitergulam. GREG. CAT. chron. app. p. 309,19 planetam diarodinam et aliam -am. p. 309,23 diaspidem. HONOR. AUGUST. glor. 33 per -am vestem, qua eos *(sacerdotes)* induimus, sacerdotalem dignitatem innuimus. BERTH. ZWIF. chron. 10 p. 174,7 dalmaticam. EPIST. Wibald. 325 p. 455,11 examitum megalogramon diplarion -um. CHART. Heinr. Leon. 122 subtile. ANNAL. Prag. III a. 1283 p. 208,37 pallam altaris de -o balkyno. *saepe. de habitu monachali:* GESTA Trev. cont. I 2 p. 176,39 mutatis vestibus ac pro -is nigris indutis (*de ordine canonico s. Augustini ut* ANNAL. Rod. a. 1111 p. 696,29 -o sub habitu. HEINR. LETT. chron. 13,3). OTTO FRISING. chron. 7,35 p. 372,17 vestem nigram ..., -am vel griseam. VITA Norb. I 12 p. 683,40 *(de ordine Praemonstratensi)* in typo angelorum -ae vestes et in signo poenitentiae laneae ad carnem ferendae videntur. STATUT. ord. Teut. p. 38,24 *(de ordine Teutonicorum)* militibus quidem in signum milicie palliis -is utentibus (*cf.* p. 63,17 pannus -us cum nigra cruce. p. 63,26 sacerdotes ... camisiis -is ac superpelliciis sint induti. *al. v. ind.*). *alleg.:* HONOR. AUGUST. sacram. 29 -us *color*

[Baader]

vestis presbyteri est castitas. 7 *de alimentis, substantiis:* MAPPAE CLAVIC. 285 mel -um et purum. DIAETA Theod. 269 vina -a et dulcia. COMPOS. Matr. 56,3 acetum. GLOSS. III 544,33 St.-S. propoleum i. cera -a wizwachs. ADAM gest. 2,69 p. 131,5 panis (CHART. Xant. 51 p. 40,26. CHART. Argent. IV 35 p. 45,1 panes -os, qui dicuntur smalleibe. CHART. Bern. II 596. *al.*). CHART. Eberb. 304 p. 65,12 defectus suppleatur de -o *vino* meliori. ALBERT. M. veget. 6,252 nunquam ... -um *vinum* efficitur perfecte dulce sicut rubeum. *saepe. proverb. de similitudine:* EGBERT. fec. rat. 1,279 -a videntur in -is ova inserta farinis. 8 *de variis rebus:* HEINR. LETT. chron. 14,5 p. 76,20 in tabulas *(i. parmas)* -as. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 56,33 teste ... ovorum ... sunt -e totaliter. ALBERT. M. meteor. 1,2,2 p. 493^{b},13 de galaxia, quae est idem quod via lactea sive -a. *(spumā) albescens – (weiß)schäumend:* ERMOLD. Ludow. 3,261 -a ... trans flumina Rheni. *fort. huc spectat nom. propr.:* CHRON. Reinh. a. 1168 apud Album-lacum (*theod.* '*Weißensee*'; *cf.* ANNAL. Erf. praed. a. 1248 p. 103,22 Albi-laci oppidum). *remissius:* GESTA Trev. 3 p. 131,29 porta *Trevirensis* ..., ad quam victores de bello revertentes ... excipiebantur ... et ob hoc Alba porta nominata (*cf.* BALDER. Alber. 12 p. 250,43). CHART. Westph. III 604 (a. 1256) se soluturum ... denarios ecclesie ... ad -um officium de manso quodam (*'Weißamt' ed.; sim.* 735 p. 378,33).

II *translate:* A *lucidus – glänzend:* PASS. Petri et Pauli 215 aurora. B *clarus – berühmt:* VITA Paulin. Trev. 8 *episcopus* -ae metropolis Italorum *(i. Mediolani).* C *purus – rein:* BRUNO QUERF. Adalb. A 14$^{ex.}$ -o limo patientię. 18 de -o martyrio (fratr. 13 p. 733,41; *cf. L. Gougaud, RevBén. 24. 1907. p. 365sqq.*). fratr. prol. post -um cor et opus bonum. 1 p. 717,19 -ae continentiae manus. 10 p. 726,23 tota mens et -um opus. D *clemens – gnädig:* CARM. var. III 84,57 quo te nunc senciat -um.

subst. masc.: 1 *catalogus – Verzeichnis:* HARIULF. chron. 4,17 p. 217,6 abba ... loculo quae ... nostro contulit, hic retinet scriptus qui cernitur -us. 2 *latrunculus candidus – weißer Spielstein:* CARM. Scot. II 1 sol. 2,4 unius et tetri interimunt vestigia terni -i lacte magis. ASILO rhythmimach. p. 15,1 VIII -i minores (p. 15,6.9.13). 3 *nummus argenteus – Silbermünze:* METELL. buc. 3,3 argenti dedit -os. Quir. 71,11 aere pius latro, fur auspice defugit -o. *de moneta certi pretii:* CHRON. Laet. 3 III solidos -orum (HIST. Walc. cont. 21). CHART. Lux. II 53 datis ... LX libris -orum. REIN. LEOD. annal. a. 1214 p. 671,10 XV milia librarum -orum et centum libras Leodiensium.

